This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 868,757

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
ARTES SCIENTIAE VERITAS
1817
LIBRARIES

965-0

Sex. Julii Frontini

de

aquae ductibus urbis Romae

liber.

Ad codicum mss. et vetustissimarum edd.

fidem recensuit, illustravit et germanice reddidit

Andreas Dederichius.

Idem inseruit annotationes *Heinrichii* et adiecit copiosissimos rerum omnium ad aquae ductus pertinentium commentarios *Schultzii*.

PARS PRIOR.

VESALIAE
impensis Aug. Prinzii.
1841.

878
F7
D

Gedruckt bei **J. P. Wichelhoven** in Iserlohn.

Viro amplissimo

de rebus scholasticis optime merito

philosophiae doctori, professori

TH. BRUGGEMANNO

ab arcanis rerum publicarum administrandarum consiliis, equiti etc.

hunc librum

in summae observantiae documentum

dat, donat, dicat, consecrat

pio animo

EDITOR.

Corrigenda.

In Praefat. p. XIV. l. 26: antecedentium. — Pag. XXV. l. 5: destituitur. — P. XXX. l. ult.: raro. — P. XXXV. l. 1: aetatis.

In textu p. 13. l. 13: Tiburtium. — P. 27. l. 2: — CCCCLXXXXI. — P. 36. l. 13: Veterem. — P. 39. l. 8: privatis. — P. 40. l. 11: plumbariis. — P. 44. l. 4: tricenaria. — P. 52. l. 21: tres, dodrant. — P. 80. l. 5: aquae.

In not. crit. p. 7. l. 2: ex varia loci interpr. — P. 10. l. 13: (J: *subscriptione.*) — P. 14. l. 1: XLIII. — Ibid. l. 8: C: *Marcio.* — P. 20. l. 15: verbi. — P. 25. l. 9: retento, V. — P. 26. l. 8: verba. — P. 33. l. 15: hos. Pol. — P. 36. l. 20: spernenda. — P. 37. l. 1: retulit. — P. 38. l. 9: principio pers. — P. 39. l. 3: etiam. — P. 69. l. 15: *quod ipsis.* — P. 79. l. 1: CXLIX. — Ibid. l. 5 init.: CCXXVI. — P. 93. l. 15 dele voc. *ex.* — P. 111. l. 11: Fabrettus. — P. 125. l. 33: B. et edd. — P. 132. l. 17: *molitor.*

In annotat. p. 148. l. 12: ed. Goes. — P. 153. l. 33 fin.: *quadam.* P. 194. l. 25: Huius. — P. 195. l. 5 adiice: Adde Plin. Ep. X. 49 et 69. — P. 207. l. 10: eorum respubl. — P. 220. l. 30: fiscus. — Ibid. l. 31: dabatur. — P. 222. l. 29 adiice: Herzog. ad Caes. B. G. I. 40. Cf. Frontin. Strat. I. 11, 2. — P. 224. l. 7: respicis. — Ibid. l. 8: explicabis. — Ibid. l. 24: Haec. — P. 226. l. 26: agrariis. — P. 228. l. 1: afferri. — P. 230. l. 17: prodidisse. — P. 232. l. 31: vocatur S. C.

In versione p. 243. l. 7 dele uncos. — P. 256. l. 20: mit den Denk. — Ibid. l. 26: Sechsern. — P. 263. l. 7: nachher in.

Alia leviora lector ipse emendabit. Si fortasse innumeris errores restiterint, veniam lectoris invoco, qui consideret velim, mihi corrigendum fuisse sine manuscripto.

PRAEFATIO.

Intendente omnem animum curamque in Julii Caesaris Commentarios nova annotatione critica adornandos circumspectanteque praesidia huic consilio exsequendo necessaria, mecum necopinato FR. THEOPH. WELCKERUS, cuius summi viri gratiae amicitiaeque quid debeam dicere non possum, prope finem an. MDCCCXXXVI per litteras communicavit, esse in suis manibus Sex. Julii Frontini de aquae ductibus urbis Romae editionem CHRISTOPH. LUD. FRID. SCHULTZII opera praeparatam, una cum libris manu scriptis editisque atque omni, quo Schultzius in sua paranda editione usus fuisset, apparatu critico, prolixosque rerum omnium ad aquae ductus pertinentium commentarios; eaque cuncta, ab heredibus defuncti viri illius amplissimi sibi commissa, mihi ad Frontini libellum novis curis recognoscendum se esse traditurum, qua solet erga me amicitia et humanitate, promisit. Rem arduam esse probe intelligens maximisque me difficultatibus conflictaturum praevidens, ut in scriptore depravato et mutilato ac supra quam cuiquam credibile est difficili, tamen ob egregia studia, quibus praecessisse Schultzium rebar illustrantem et emendantem, Julianis curis

in tempus dilatis, spei plenus ardenti animo oblatam opportunitatem amplexus plenum periculosae aleae opus suscipere decrevi, Dei benigni magis auxilio quam meis ingenii dotibus confisus. Et ecce suspenso fluctuantique animo exspectata praesidia accipiebam haec: collationem mss. codicum Montis Cassinensis, Vaticano-Urbinatis et Vaticani; item editionum Venetae-Florentinae an. 1495 et Juntinae seu Jocundi primae Florent. an. 1513. Accipiebam etiam libri Frontiniani recensionem et versionem germanicam, utramque a Schultzio paratam, eiusdem notas criticas et, quod maximum est, copiosissimos in Frontinum commentarios. Additae erant editiones Frontini recentiores, Poleni, Adleri, Rondoleti et Orsini, bibliothecae regiae Universitatis Bonnensis omnes. Atque his praesidiis munitus uberrimis, magno animo fiduciaque ad novam Frontini editionem aggressus sum. Codices ubi collati sint, quis contulerit, qua via in Schultzii manus pervenerint, ea omnia mihi sunt ignota. Editiones ipse Schultzius, opinor, contulit variasque lectiones omnes cum multa diligentia in margine editionis Polenianae ex ordine descripsit. — Jam omnium primum de codicibus et editionibus Frontini mihi disputandum esse puto.

Omnium codicum quos novimus antiquissimus est **CODEX MS. MONTIS CASSINENSIS**, membranaceus, forma quarta, signatus bibl. nro. 361. Quem ex litterarum forma ductibusque satis apparere vel sub finem saeculi decimi tertii, vel sub initium decimi quarti scriptum fuisse affirmat Polenus Proleg. p. 20, cui assentitur Schultzius et ego non adversor. Hunc codicem, in bibliotheca monasterii Cassinensis abditum, primus reperit Poggius Florentinus, ut ipse testatur in libro, quem inscripsit: De fortunae varietate urbis Romae et de ruina eiusdem descriptio. Ipse primus

eo usus est ad Frontini librum vulgandum. Quem codicem quum Mabillonius, deficiente libro edito, conferre non potuisset, integrum describendum curavit per Erasmum a Caieta, sive abbatem Erasmum Gattolam: ut ipse Mabillonius refert T. I. Musei Italici p. 123. Cf. Fabric. Bibl. Lat. ed. Hamburg. Vol. I. p. 458. Scribitur et Cassinensis et Casinensis. Casinensis fere scribunt, qui veterum scriptorum usum amplectuntur, apud quos legerunt Casinum (i. e. oppidum Volscorum in Latio ad radices montis, cui quondam castrum Casinum nomen), Casinas ager, Casinas fundus. v. Cellar. Geogr. II. 9. p. 523. Cantabrig. 1703. Forcellin. in v. Duplici vero littera sibillanti scribebant recentiores, magis ad recens montis, quem modo diximus, nomen Monte Cassino respicientes. Descriptum diligentissime codicis illius exemplum ab eodem abbate Gattola nactus est etiam Polenus, intercedente viro summo Io. Maria Lancisio. De quo sic pergit enarrare Polenus Proleg. p. 19. „Pro ea vero, qua praeditus est abbas ille humanitate, mihi denique praestitit summo studio quaecumque sum ab eo sciscitatus. Inter haec illud in primis commemorabo, me, postquam omnia Commentarii (i. e. Frontini de Aquaed. libri) loca tum in codicum exemplis tum in editis libris expenderam, ad eum misisse singula verba ipsius Commentarii, quae difficiliora esse videbantur; eum vero ipsa verba in Cassinensi codice, ductuum litterarum ratione sedulo habita, tanta cura iterum examinasse, ut si meis ipsis oculis id fecissem, tantundem nequivissem sperare.“ Ipse autem Gattola ad Polenum dedit epistolam, in qua haec verba leguntur. „Nulla in codice vox insignis alicuius rei littera maiuscula scripta est, atque ubi virgulae esse deberent, puncta semper adhibita; ita ut nullum sit inter puncta finalia et virgulas discrimen: initiales tamen

litterae cuiusque periodi semper sunt maiusculae. Intercapedines (sive lacunae), punctis in exemplo, quod ad te misi signatae, reperiuntur quidem in codice, sed ita ut nullos unquam exaratos in iis fuisse characteres evidentissime appareat. Characteres in hoc codice haud quidem valde lectu difficiles essent; verum maxime attriti sunt, et fere albescentes. Paucae admodum reperiuntur in codice voces notis compendiosis scriptae, praeterquam in praepositionibus et nominibus relativis; atque numeri fere semper integris vocibus exarantur, praeterquam in mensuris recensendis, ubi fistularum omnium diametri, perimetri atque capacitates exponuntur." — Denique longe praestantissimus hic codex est omnium, quos temporum iniuriae superstites novimus: ipse quidem haud expers gravium vitiorum, immo lacunis passim et lituris laborans; at vero maximam partem integerrimus est, sui omnino iuris potestatisque, ad quem semper et ubique in locorum discriminibus recurrendum, quo rectore certissima plerumque ad genuinam Frontini manum constituendam via ducaris, ut criticas causas agenti debeat esse fundamentum. — Annotabo hunc codicem compendio C.

Bonitate a codice Cassinensi secundus est **CODEX VATICANO-URBINAS**, membranaceus, signatus bibl. Vat. nro. 1345, idem qui Poleno 1150. De quo Polenus p. 20. haec refert. „Nitide scriptus est, et paulo post medium saeculum XIV exaratus esse videtur, fortasse adhuc vivente Cassinensis codicis inventore Poggio, qui vita excessit an. 1459. Cum Cassinensi ferme ubique mire consentit, editisque libris in difficilibus locis multo est emendatior. Ad calcem appositae sunt figurae fistularum, ab homine tamen huiusmodi rerum imperito." In commentariis Polenus non uno loco codicem Urbinatem e Cassinensi descriptum esse iudicat.

Adversus quem Schultzius contendit, utrumque codicem ex uno eodemque exemplari antiquiore esse descriptum. Uterque vir doctus suo quisque modo possunt recte iudicasse videri. Scilicet locis gravioribus tantum non omnibus mirum in modum inter hos codices convenit. Et sunt loci, quibus religiose animum attendens ultro ad eam opinionem te compulsum sentias, ut Urbinatem e Cassinensi descriptum esse statuas, loci, quibus librarius Urbinatis litterarum ductus codicis Cassinensis assecutus non est maleque intellexit, ideoque male interpretatus est et suae intelligentiae accommodatos perverse reddidit; alii, quibus tantummodo levia Cassinensis vitia abstersit et de suo emendavit. Non uno loco probatum dedi, codicem Cassinensem esse a librario Urbinatis, et Urbinatem a librario codicis Vaticani pessumdatum; Vaticanum autem corruptum esse ab eo, qui editionem Florentinam paravit, hanc denique a posterioribus editoribus continua serie se excipientibus: quae corruptionis quasi historia maximi est ponderis. Urbinas, ubi a Cassinensi diversus abit, plerumque est deterior; attamen saepe numero solus genuinam lectionem servat et posterioribus libris tradit: quae res argumento esse debet, librarium Urbinatis alio quoque codice usum esse. Colligitur hoc etiam ex multis locis, ubi codicis Cassinensis lectionibus, quae verae sunt, quas vero expedire non est in promptu, Urbinatis librarius, alius codicis auxilio adiutus, lucem offundit. In primis autem illud colligere est ex lacunis: quarum alias librarium Urbinatis de suo resarsisse certum est, aliarum autem ex libro antiquiore medicinam fecisse apparet. Quod ex iis potissimum constat, quibus uterque librarius, exempli sui, quod inspiciebant, verba oculorum acie non assecuti, aemulatione quadam maiorem litterarum syllabarumve numerum eruere certant; qua in re ipsi Urbinatis librario aliquoties contigit,

ut plures aliquot litteras in lucem dederit. — Significabitur hic codex littera U.

Tertius est CODEX VATICANUS, membranaceus, signatus bibl. Vat. nro. 4498. Is quoque nitide scriptus esse fertur, eidemque assignatur tempori, cui Urbinas. De quo Polenus p. 20: „Urbinas valde illi praestat: videtur enim per partes descriptus; partesque perturbato ordine inter se coniunctae sunt: plurimis etiam scatet mendis, ut pro certo habeam, non ex ipso Cassinensi codice, sed ex alio mendoso exemplari fuisse descriptum novisque erroribus inquinatum.“ Plus fidei laudisque huic codici, in Poleni scilicet vituperium, vindicat Schultzius. Ego postquam eum accuratius perscrutatus sum, hoc iudicium recepi. Ex permultis locis gravissimis, qui cum Cassinensi et Urbinate accurate conspirant, manifestum est, Vaticanum partim ad illos codices esse reducendum; sed varietatis pars multo maior illis est alienissima, et ex alio diversissimo nescio quo codice repeti debet. Ea vero, in quibus a Cassinensi et Urbinate differt, licet saepe sint vel pessimae notae, partim prava verborum sententiarumque intelligentia orta, partim a summa negligentia omniumque rerum confusione profecta, nihilo minus hic codex est respiciendus: quippe qui multa habeat singularia, artem criticam agenti non spernenda, et, quod maximum est, originem permultarum nobis recludat corruptionum, quae in editionibus veteribus deprehenduntur. Significatur a me compendio V.

Praeter hos tres codices jam a Poleno adhibitos commemorantur alii duo. Alter est de numero codicum, quos possidet Thom. Philipps, Baronetus Middlehillensis; cui codici insunt: Frontinus de Aquaed.; ejusdem strategemata; Isidori Hispalensis chronicon; abbreviatio Pauli Warnefridi de bello Longobardorum; Petrus Bibliothecarius de historia Gallorum

ab an. 715—898. Saec. XV. chart. fol. Hunc mihi comparare non potui.

Alter est CODEX MS. PARISINUS an. 1664, bibl. reg. nro. 6127. a. cujus nonnullarum paginarum in manibus meis est collatio, facta a Car. Mennio, Prof. Dusseldorpiensi, qui Parisiis aliquot tempus commorans praeceptori et amico suo Heinrichio, illustrissimo illo Prof. Bonnensi nuper demortuo, et ipsi Frontini editionem paranti, de qua infra dicam, eam praestitit gratiam, ut codicem illum carptim cum ed. Bipont. conferret. Qui codex in catalogo bibl. regiae descriptus est his verbis: „Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur Sexti Julii Frontini de aquae ductibus urbis Romae libri duo: ad marginem et inter lineas emendationes, de quibus sic habet Lucas Holstenius: Codex hic, licet recentiori manu, accurate tamen, distincte et emendate scriptus est ab homine Gallicano, Philandro forte aut Demontesio, qui et eruditionem singularem et iudicium exactum hoc opusculo abunde testatur, quod deinde ad alium cod. ms. ab ipso collatum videtur, aut ad primam eamque vetustissimam editionem. Quae minio inter lineas aut in margine notantur emendationes, videntur ex conjectura appositae, sed certissimae fere omnes et ingeniosae. Ita salvo aliorum iudicio censeo.“ In epistola latina ad Heinrichium data Mennius pergit hunc in modum. „Codex est chartaceus, forma chartae magnitudine convenit cum ea, quam dicere solemus octavam majorem. Folia continet circiter triginta numero; quorum in primo, ab eadem, manifestum hoc, manu, qua universus liber, verba haec, nec quicquam aliud, nitide scripta leguntur: anno domini a nativitate 1664

fecit. Secunda libri pagina completa est rationibus ac signis numerorum, computationibus, puto, aquarum, per varios ductus in Urbem influentium; quibus librarius videtur veritatem eorum requisivisse numerorum, qui erant in exemplari suo. In tertio folio, quod ab eo, qui codicem scripsit, nudum relictum fuit, est iudicium Lucae Holstenii de hoc codice, iisdem verbis, quibus supra posui ex catalogo. Holstenii esse haec verba, declarat nomen eius subnotatum propria manu. In eodem folio est praeterea sigillum bibliothecae regiae. Sequenti denique pagina incipit Commentarius, cuius titulus litteris maiusculis ac rubro liquore scriptus sic se habet: Julii Frontini de aquae ductibus urbis Romae liber primus. In hoc enim codice Commentarius in duos libros divisus est, quorum alter incipit a verbis: Persecutus ea quae de modulis dici fuit necessarium (ed. Bipont. p. 178. § 64.)." Sequitur in epistola Mennii iudicium de emendationibus inter lineas et ad marginem appositis. „Quod ad intextas emendationes attinet, distinguenda sunt duo genera additionum, quarum unae factae sunt atramento eodem, quo totus liber scriptus est, et sine ulla dubitatione ab eodem librario; alterae vero, — et harum numerus multo maior prioribus —, scriptae sunt humore rubro, maximam et ipsae ductu litterarum similitudinem habentes cum reliquo libro. Ex quo fit, ut codex bis videatur recognitus esse et correctus a librario, ut equidem putaverim, eodem; qui rubras adiecit emendationes, in alio codice sive scripto sive edito repertas, maximam vero partem ex coniectura factas, quum iam antea inter scribendum multa, in quibus haesitaret, notavisset et nonnulla etiam suo arbitrio tentasset melius constituere, quam invenerat in exemplo, ex quo suum codicem transscripsit." De universa codicis conditione

tres animadvertit res memoratu dignas. „Librarius in commatum distinctione tantam prae se fert vel imperitiam huius rei vel ingenii mediocritatem, ut paene dubitaverim, num inter adscriptas annotationes aliqua earum, quae pro bonis coniecturis haberi possint, huius sit librarii commentum. Alterum, quod animadvertere necesse habeo, est, quod aliquot vocabula scripta passim in hoc codice occurrunt forma vetustiori, nec nobis neque, ut putatur, ipsis argenteae latinitatis auctoribus usitata. Sic p. 158 ed Bipont. l. 12: sed quom. ibid. l. 26: quoique. et his similia. Maxime autem id reperi usu venire in verbis legum ac Senatus consultorum, ut p. 194: de ieis qui. l. 11: quom. l. 16: iei pro ii. Tertia denique observatio spectat ad lacunas, quae, sicut frequentes in aliis libris, ita in Parisino sunt rarissimae. Namque licet non universum equidem librum cum exemplo Bipontino contulerim, tamen pluribus locis, ubi aliquid litterarum aut vocabulorum desiderari punctis eius loco positis significatum est, inspexi librum, num quid daret explendis lacunis; sed plerumque nec lacunas deprehendi, nec vero, quibus eae commode explerentur. Immo litterae et verba, ceteris in libris intervallis distantia, hic uno tenore et, si modo speciem haberent sententiae, sine varietate, aut parvis factis mutationibus, inter se iuncta apparent.“ Denique Mennius huic codici parum tribuit pretii, quem alicui ex antiquioribus editionibus vix praeferat, et nihil aliud nisi apographum veteris alicuius editionis esse statuat. Qua in re diversum est iudicium Rondoleti contendentis, hunc codicem esse apographum codicis Cassinensis; itemque Schultzii, qui eum esse coniicit apographum, quod Mabillonius ex Cassinensi per Erasmum Gattolam perficiendum curaverit.

De auctoritate codicis Parisini constabit, si varias lec-

tiones a Mennio enotatas contuleris et disposueris in dispositasque accurate inquisiveris. Igitur primo loco ponam, quas cum codicibus antiquioribus et editionibus quoque habet communes. Art. 1: instigent. sic etiam C U J (i. e. Iocundi ed.) et recent. Ibidem: tum ad usum. sic libri omnes praeter C. Art. 5: Iungitur ei ad Anionem veterem. sic etiam U J et rec. Ibidem: ad Gemellos. sic etiam C V et. edd. Ibidem: Salinae appellantur. tes codd. et J. Art. 23: non alienum mihi videtur. sic libri omnes praeter C. Art. 100: P. Fabius. sic etiam U J et rec. Inter editiones quas novi et codicem Parisinum convenit his locis. Art. 2: quotiens imperitia praecessit eius cui decernitur. Usus quorum etc. Art. 4: C. Amaranus. Art. 5: Appia M. Valerio Maximo, P. Decio Murena Cos. anno XX post in. S. belli inducta est. Ibidem: C. Fabium. Ibidem: tanquam idem facturo. Lectio Art. 3: earum. qua id afficiat poena, lege — irrogata. communis nostro codici est cum F (i. e. Florentina) et I. Iam ex his aliqua codicis nostri cum editionibus cognatio in lucem emergit. Sed videamus porro. Inter cod. Paris. solasque edd. J et rec. convenit his locis. Art. 2: quam quae. Ibidem: decernere. nam quid viro tam indecorum et intolerabile quam. Ibidem: etsi necessariae partes sunt, tamen ad ministerium ut manus quaedam agentis esse debent. Ibidem: antecedentum res acta est, in hoc vero et insequentium, cuius fortassis. Art. 3: perductae sint. Ibidem: a quoto milliario duci coepissent. Art. 5: abdicavit se a Censura. Art. 6: ubi partim in Tiburtinum distribuitur usum. Art. 92: copiam, sed etiam gra-

tiam adiicere placuit. Art. 100: ex Senatus consulto. Nondum codicem ex J manasse affirmas? Atqui adversari iudicabis Art. 5. ubi legit: substructione et supra terram opere arcuato proxime ad; J contra: subscriptione et supra; atque codicem ex ed. Basil. an. 1513, in illam lectionem conspiranti, esse descriptum dices. Immo neque ex Basil. neque ex J eum fluxisse, cum J tamen maximam habere omnium quos novimus librorum propinquitatem, et ex iis, quae iam proposuimus, apparet et praesertim elucebit ex iis, quae deinceps proponenda sunt. Scilicet codex legit Art. 3: quantum extra urbem, quantum intra, quisque modus cuique, quoique regioni, pro suo modulo unaquaeque aquarum serviat. Art. 5: distribui Vetus Anio, vico Publicii. Art. 7: ad milliarium trigesimum octavum, sinistrorsus supra spatium passuum ducentorum finita substructionibus pene statim stagnino colore praeviridi. Art. 88: non esse eam ponendam nisi quom consummata fuerit. Easdem prorsus lectiones deprehendimus in J iisque quae post hanc excusae sunt edd., nisi quod Art. 3 ignorat quoique, Art. 5 post vico addit publico, Art. 7 pro supra praebet intra, Art. 88 pro quom legit cum. Quae varietas nos convertit ad alium fontem, ex quo et J et codex noster repeti debent, ad fontem, editoribus Frontini adhuc ignotum. Nimirum non ex editione recenti, sed ex antiquo codice ms., eodem, ex quo J, codex Parisinus est descriptus. Argumentis adde haec. Lectiones, quae in nullo alio libro inveniuntur, sed huic codici propriae sunt, enotantur hae. Art. 1: nosse quid suscepi. Ibidem: sed quom. Art. 3: cultiores res appellantes. Art. 4: per annos CCCXXXXI. Art. 5: substructione

(pro quo in J esse subscriptione iam audivimus). Ibidem: Torquatiorum Alsietinae Augustae ramus ab milliario ..... in supplementum eius additus ..... to cognomen decem gemellorum. Ibidem: passuum DCCCCLXXXXI proxime viam Coll. Art. 6: extra portam Romanam. Art. 7: quatenus alias aquas, quas posset, in urbem perduceret. qui lapide quadrato ampliores ductus excitavit, perque illos aquam quam acquisiverat, reip. causa per agros Fabiorum duxit: cui ab auctore Marciae nomen est. Art 17: appliciti: quantoque maiorem assiduamque protegendi muniendique exigant curam. Art. 19: Summus in iis est Juliae. Ibidem: collis Viminalis coniunguntur. Intra urbem euntes ad Viminalem usque portam deveniunt. Art. 87: pervertebatur. Art. 94: privatus aquam aliam. Quae litteris disiunctis excudenda curavi, codici sunt propria; in reliquis multa nonnisi cum J conveniunt: ut sit luce clarius, codicem esse ad antiquum fontem reducendum, ad eundem, ex quo ed. J derivata est. Videtur quidem, ut inter C et J, ita etiam inter C et antiquum illum codicem aliqua fuisse cognatio. Sed proprietates apographi Parisini nos adducunt, ut credamus, illum codicem aeque fuisse sui iuris, atque C. Ratio haec est: ut ab U ad C respicimus, ita a Parisino apographo ad intiquum illum codicem respiciendum. Parem quidem praestantiam, atque qua C praeditus est, tribuere ei non possumus, permagni tamen habendus est; et sane optimae notae eum fuisse inde probatur, quod quadraginta circiter lectionum ex apographo enotatarum fere pars dimidia suam habet proprietatem, harumque plurimae genuinam, ut suo loco videbimus, Frontini manum servant. Utinam pluris codicem suum aestimasset Mennius plura-

que nobis ex eo descripsisset; praesertim in libro, cuius difficultates passim insuperabiles iterum iterumque ardentissimum mss. adhuc non collatorum desiderium excitant. Cui autem tempori antiquus codex sit assignandus, pro certo dicere nequeo: fortasse cadem est vetustate, qua Cassinensis. Contra hoc certissimum exploratissimumque habeo, apographum Parisinum antiquius esse, quam in primo eius folio narratur, annumque 1664 longe superare. Nimirum qui fieri potuit, ut Lucas Holstenius, qui an. 1591 natus et an. 1661. 2. Febr. mortuus est, de codice, qui an. 1664, id est tertio anno post Holstenii mortem, est scriptus, iudicium fecerit idque sua manu tertio codicis folio (ita enim Mennius retulit) mandaverit? Ipse Holstenius codicem a Philandro aut Demontesio exaratum esse suspicatur, et in catalogo olim Tellerianus perhibetur. Quinam isti homines fuerint, neque scio neque indagare ob librorum penuriam possum. Nisi vero nomina illa obstant, duobus saeculis codicem fuisse antiquiorem statuam, scriptam potius an. 1461, ut ipsam Jocundi editionem vetustate superet.

Restat ut de iis dicam, quae in lectionibus supra enotatis nigro colore inter lineas scribuntur. Quorum substructione ibi (Art. 7) et fistulas (Art. 23), alterum vocabulo substructionibus, alterum vocabulo singula superimpositum, nusquam alibi reperiuntur et nullius sunt pretii. Etiam apponendam Art. 88. novum est, sed significatione nihil differt a ponendam, cui superimponitur: videtur esse interpretatio lectoris recentioris. Reliqua, Art. 2: decerni et succedentium, Art. 5: Mure, et Art. 88. fin. fuerint, genuinam lectionem continent et cum 3 codd., editionibusque ante J consentiunt; quare non eiusdem, qui codicem scripsit, librarii ea esse puto, sed potius esse recentioris

hominis iudico, aut ex alio cod. aut ex vetustissima ed. sumpta et inter legendum Frontinum annotata. — Pluris aestimanda sunt, quae rubro colore inter lineas annotantur, et numero et auctoritate potiora. Sunt vero haec. Art. 1: nosse quod suscepi. ut est in omnibus libris. Art. 2: aut aliter. ut est in libris omnibus ante J. Art. 4: CCCCXXXXI. ut est in libris omnibus. Art. 5: C. Plautium. et Art. 11: perducendam. quae in nullo libro apparent. Has esse meras emendationes affirmes, e coniectura ingeniosi cuiuspiam viri inter legendum factas. Non repugnabo. At vero correctio fortassis Art. 2, ut est etiam in C U, pro fortasse, non potest haberi pro emendatione fortuito facta, immo accepta debet haberi ex alio libro. Idem cadit in haec, quae in aliis libris frustra quaeras. Art. 2: veluti. Art. 19: exiguntur, pro coniunguntur, de quo supra diximus. Art. 7: statumine siginno, scripta verba super statim stagnino. Adde Art. 19, ubi verba intra urbem euntes (quae servant V et edd.) minio delentur et supra scribitur „deest“: cum vestigia saltem verborum intra euntes in C U appareant, respexisse is, qui hoc annotavit, ad incognitum nobis librum videtur.

Postremo de formis vetustioribus (Art. 2. 8. 8. 100: quom. Art. 3: quoique) sic iudico. Si allatis locis formas vetustiores admittimus, quoniam Frontinum ea in re sibi constitisse verisimile est, debemus etiam aliis; et corrigendo non erit finis. Talia in codd. Ciceronis Caesarisque occurrunt; attamen nemini in mentem veniet, ea scriptoribus ipsis vindicare. Immo cum Frontinus etiam in ceteris scriptis suis ab his formis abstineat, eas inani librariorum vetustatis affectationi tribuendas esse censeo; quae sententia confirmari videtur Art.

3, ubi post cuique, procul dubio librarii manu, inculcatur quoique. Idem iudico de formis, quas in aliis libris, praesertim C, deprehendi; v. g. Art. 24: decumis, undecumis. Art. 112: proxumae. Art. 128: vendundae. Art. 105 et 130: neglegentia. At in Senatus consultis tamen illa esse recipienda existimaveris. Immo, si Art. 100 formas ieis, iei, quom admisisset Frontinus, etiam aliis eiusmodi procul dubio usus fuisset, et quidem constanter locis omnibus. Has autem formas cum damno, non damno dicendi genera, qualia sunt in Lege Art. 129: celere (pro celeriter), molio, demolio, pignoris capio, siremps. in quas plures libri consentiunt. Quanquam aliis locis etiam huiusmodi dicendi genera damnem. — Progredimur ad editiones.

Ex bibliotheca Universitatis Georgiae Augustae Schultzius an. 1831 missum accepit librum, cui hic erat titulus. Hoc in volumine haec opera continentur: L. Vitruvii Pollionis de Architectura libri decem. Sexti Julii Frontini de Aquaeductibus liber unus. Angeli Policiani opusculum, quod Panepistemon inscribitur. Angeli Policiani in priora analytica praelectio. cui titulus est Lamia. Ad calcem demum Vitruvii librorum subscribitur: Florentiae impressum anno a natali christiano MCCCCLXXXXVI. Tum vero non sequitur liber Frontini, sed Angeli Policiani praelectio, cuius fini subscribitur: Venetiis anno a natali christiano MCCCCLXXXXV. Idibus Novembris. Deinde sequitur Angeli Policiani praelectio in priora Aristotelis analytica, cui titulus Lamia. sine loco et anno. Hunc denique librum excipit: Sexti Julii Frontini viri consularis de aquis

quae in urbem influunt libellus mirabilis. sine loco et anno. Desunt paginarum numeri; et libri forma est, quam vocant in folio. — Haec Frontini editio a Schultzio vocatur Veneta — Florentina an. 149⅝, eademque habetur cum ed. Florentina an. 1496. de quo Polenus (Proleg. p. 22) loquitur. — Editionis Florentinae an. 1496 Polenus eundem titulum attulit, atque est in ed., quam Schultzius in manibus habuit; ut utramque editionem eandem esse affirmes. Verum merito offendas, quod in ipso volumine Frontini liber aliter inscribitur, atque in titulo. Quae inscriptio (Sexti Julii Frontini viri consularis de aquis quae in urbem influunt libellus mirabilis) eadem est, atque quam ex ed. principe descripsit Polenus (Proleg. p. 21). Ad calcem ed. principis haec verba leguntur: Libellum hunc de Aquaeductibus, cum esset mendosissimus, Pomponius et Sulpitius tanto studio sic emendarunt, ut perpaucorum in eo locorum correctio desideretur. Perquam rara sunt, quae librarius corrupit aut praetermisit ..... In spatiis in ordine passim relictis, ubinam aliquando verba, aliquando quinariarum et fistularum figurae desint, facile quisque poterit iudicare. Vale, candide lector, et si quis ingratus esse voluerit, librum suum depromat et cum hoc cigno noctuam conferat. Eadem verba leguntur in ed., qua Schultzius usus est. Porro in utraque editione deest locus et annus, quo in lucem prodierint. Utraque igitur habenda est eadem. Lectionis etiam varietas haud ita magna est. Attamen est varietas, quamvis exigua. Decerpamus nonnulla, quae sunt graviora. Art. 90 ed. princeps Poleni legit aquae Anienis, sed Schultzii editio duae Anienis.

Art. 2 ed. pr. ad ministerium tamen, sed Sch. tamen ad ministerium. Art. 109 ed. pr. modo et tempore, sed Sch. modo tempore. Art. 124 ed. pr. urbem destituet, sed Sch. urbem Romam destituet. Art. 129 ed. pr. nihilum abrogatur, sed Sch. nihil abrogatur. In verbis, quae ad calcem ed. principis leguntur, ed. Schultzii habet: In spatiis enim in ordine. Quae varietas nos cogit, ut utramque ed. inter se diversam esse statuamus, attamen alteram ex altera descriptam. Ex anno et loco (Venet. 1495), in fine Panepistemonis adiectis, Frontini libellum mirabilem, illi subiectum, ad eundem pertinere et locum et annum coniicias, ideoque a Florentina an. 1496 esse diversum. Haud probabilis coniectura. Immo editio, qua Schultzius usus est, videtur esse una eademque cum illa Florentina. Nam titulus idem est; Polenus autem, hunc tantum et proxime annotatum annum locumque respiciens, ipsam libelli inscriptionem, medio volumine contentam, neglexit. Adde, quod Art. 124 utraque editio (et Schultzii et Florentina an. 1496) eandem praebeat lectionem urbem Romam destituet; et, si Polenus plura ex sua ed. enotasset, procul dubio probatum daretur, utramque non esse diversam. — Ex varietate supra proposita editionem, qua Schultzius usus est, esse ex ed. principe Poleni repetitam collegimus. Attamen est, quod tam Polenum quam Schultzium in enotanda varietate ubique ea, qua tali in re opus est, fide ac religione egisse valde dubitem; id quod in Annott. meis haud semel reprehendi. Praeterea locos graviores tantum non omnes toto libro comparanti, illa lectionis varietas minimi habebitur persuasumque facile erit, utramque editionem, nonnullis erroribus typographicis, negligentiis levibus mutationibusque exceptis, paene nihil differre. Quamobrem

ed. Florentina Schultzii ubique utemur, tanquam sit ipsa ed. princeps, ita tamen, ut, ubi Polenus ed. principis varietatem protulit, eam quoque iuxta indicemus. In Annott. eam ubique significo compendio F.

Hic non alienum est, ut de editione vetere, qua usus est Opsopoeus (— in Annott. ubique eam nomino O —), cuius neque locus neque annus proditur, disputemus. Virorum doctorum diversa est opinio. Polenus (Prolog. p. 22) huius editionis vet. locos plerosque eodem modo atque in tribus editionibus (de quibus modo locutus fuerat, princ., Florent. an. 1496 et Venet. an. 1497) legi affirmat; nonnullos tamen locos eiusmodi esse contendit, ut cum respondentibus locis trium illarum edd. haudquaquam consentiant, veteremque Opsopoei ed. ab illis diversam fuisse persuadeant. Schultzius contra ex variis lectionibus ab Opsopoeo enotatis dubium non esse contendit, quin ed. vet. Opsopoei eadem sit atque ed. Veneta—Florentina an. $149^{5}/_{6}$; unam et alteram varietatem Opsopoei negligentiae esse adscribendam. Exempla docebunt. Si varias lectiones contuleris, semper et ubique in ipsis locis gravissimis verbum verbo convenire mirum in modum animadvertes. Sunt etiam loci discrepantes; verum haec discrepantia, si ad universa respicis, exigua videtur, orta partim ex incuriosa collatione. Variae lectiones gravissimae sunt duae: Art. 2 F: rectitudinis fundamentum, ubi O: certitudinis. Art. 15 F: excipitur ex flumine, ubi O: concipitur. Leviores sunt hae: Art. 5 F: vico publico publicii alveo, ubi O: publicio alveo. Art. 7 F: supra terram finitum, ubi O: finita supra terrem. Art. 9 F: compluribus, ubi O: pluribus. Notandae sunt etiam hae: Art. 13 F: Sulla, ubi O: Sullio. Ibidem F: alias omnes; O: et quod alias

omnes. Art. 15 F: liquaretur; O: liqueretur. Art. 18 F: deliberare; O: delibrare. Art. 19 F: hae tres;. O: hae res. Verum hanc varietatem tribuere maximam partem ipsius Schultzii incuriae debeo, qui nonnunquam suae editionis verba paulo celerius cum ed. Poleniana comparavit nonnullasque varias lectiones praetermisit. Utut est, enotata varietas ostendit, editionem vet. Opsopoei non esse posse eandem cum F, sed tamen ex ea esse descriptam aperte demonstrat. Affert Polenus etiam ed. Venet. an. 1497, ex Florent. an. 1496 descriptam: paene crediderim, Opsopoei ed. vet. esse illam ed. Venet. an. 1497. Affirmat quidem Polenus, nonnullos editionis vet. Opsopoei locos nequaquam cum tribus allatis edd. consentire; sed Polenum editionem Venet. an. 1497 tam religiose contulisse, est quod dubitem. Tum utriusque editionis inscriptio differt. Integer titulus editionis Venet. an. 1497 Poleno teste est: Cleonidae Harmonicum Introductorium, interprete Georgio Valla. L. Vitruvii Pollionis de Architectura libri decem. Sexti Julii Frontini de Aquaeductibus liber unus. Angeli Policiani in priora analytica praelectio, cui titulus est Lamia. Venet. an. 1497. per Simonem Papiensem dictum Bevilaquam. Opsopoei autem editio vet. inscribitur: Sexti Julii Frontini de aquis quae in urbem influunt liber. Sed haec quoque diversitas nullius momenti est: cum enim volumine isto plures libri contineantur, idem hic potest accidisse, quod supra de ed. Veneta—Florentina Schultzii, ut scilicet in totius voluminis titulo tantummodo libri Frontiniani summa respiciatur, in ipso autem volumine Frontini liber veram inscriptionem habuerit, id est eam, quam Opsopoeus retulit. Quibus de causis ego sic statuo, editionem vet. Op-

sopoei eandem esse atque editionem Venet. an. 1497, expressam ex Florent. an. 1496, cuius etiam inscriptio paene eadem est; Opsopoeum autem neque locum neque annum retulisse, quia in isto volumine, quod etiam Frontinum complectebatur, ipsi Frontini libello neque locus neque annus subiecti erant, plane ut supra de editione Schultzii audivimus.

Alia oritur quaestio, scilicet quaenam fuerit ed. Florentina, ex qua Opsopoeus passim varias lectiones mutuatus est? Ex qua exempli gratia affert haec. Art. 22: infra clivum Publicii alsi, et inde est inductus naumachiam. Art. 26: sub specie. Art. 92: quo interior excipitur. Art. 129: si curator aquarum nemo erit. Duo exempla priora (reliqua enim respici non possunt, quia eadem lectio in aliis quoque libris est) demonstrant, editionem illam esse Florent. an. 1513, ab Jocundo paratam, de qua infra disputabimus. Ad Art. 116 Opsopoeus animadvertit: lectio vulgata est quam Agrippae Augusto relictam. et ad Art. 24: alii legunt rursus continuetur. Hae quoque lectiones sunt editionis Jocundi, quanquam non huius solum, verum etiam earum, quae ex hac sunt expressae. Quae autem erit editio prima, ex qua Opsopoeus Art. 15 exhibet: a VII milliario? Utrum sit editio princeps Poleni, an editio Jocundi prima, an quae alia, dici non potest, quia eadem lectio in omnibus libris veteribus reperitur. Fortasse sic per vicem nominavit editionem Florent. an. 1513, quia Jocundi prima est. — Persuasum denique habemus, omnibus locis editionem vet. Opsopoei, ubi hic non annotat varietatem, cum Venet. an. 1497, vel etiam cum F, ex qua illa expressa est, conspirare. Nihilo tamen minus ubique Opsopoei varias lectiones enotabimus et iuxta F indicabimus.

Jam vero quaerenti, ad quem fontem illa ed. F a Schul-

tzio collata reducenda sit, respondeo, repetitam eam esse ex codice Vaticano. Mirus in his libris est pessimarum lectionum confusionumque consensus; atque corruptelae in editione, ut fit, passim latius effunduntur, quam sunt in codice. Verum etiam non distituitur proprietatibus: ex quibus colligas, alium quoque codicem ab editore in usum fuisse conversum, unde lacunae, quae in Vaticano patent, sint expletae, fortasse etiam deprompta ea, quae sola hic illic integram Frontini manum servant.

Venimus ad egregiam ed. Juntinam seu Jocundi, quam in Annott. significo compendio J. Cuius hunc titulum adfert Polenus (Proleg. p. 22): Vitruvius et Frontinus a Jocundo revisi repurgatique, quantum ex collatione licuit. Florentiae an. 1513. Sumptibus Philippi de Giunta. (12). Frontino praefigitur epistola haec. Juliano Medicae frater Jo. Jocundus S. P. D. „Julium Frontinum de aquaeductibus, optime Juliane, Vitruviano codici adiiciundum iudicavi, materia eiusdem disciplinae exigente, quem cum uno dumtaxat exemplari contuli. Cui tamen quantum additum, quantumque in melius reformatum sit, ex collatione impressorum, quos nunc usque bibliopolae circumtulerunt, explorari poterit; non quod me existimem illum, seu etiam Vitruvium, ad integrum redegisse, sed utrosque tamen minus dilaceratos pluribusque scaturiginibus repurgatos protulisse. Si post me alius quis fidelioribus exemplaribus et ea diligentia atque iudicio, quae in huiusmodi cura opus esse noscuntur, usus fuerit, forsan eos ita emundabit, ut qui legerit ipsum Vitruvium vel etiam Frontinum, sua quemque profitentem se audire censeat. Ego pro virili mea feci, quod potui; alii in iis, vel aliis, quorum nobis reliquiae constant, tantundem si fecerint conferendo, et ex colla-

tione rimosa et cicatricosa sensibus et verbis auctorum perceptis, recto iudicio sarciendo, lingua restituetur et doctrina priscorum. Vale.“ Unum illud exemplar, a Jocundo collatum. quod fuerit, supra demonstravimus; fuit antiquus codex, ex quo codex Parisinus, de quo supra disputavimus, descriptus est. Errat autem Polenus, ex epistolae verbis (ex collatione impressorum) coniectans, Jocundum praeter illum codicem etiam alias edd. antiquiores contulisse: nam nihil aliud dicere voluit, quam sua opera emendatiorem Frontinum in lucem prodiisse, quod suam editionem cum antea vulgatis comparanti exploratum iri affirmat. De huius editionis virtutibus inter omnes constat. Ut codex Cassinensis omnes libros manu scriptos longe superat, ita editio Jocundi omnium quas novimus editionum facile princeps habenda est. Contulit eam cum editione Poleni Schultzius, diversasque lectiones omnes in huius editionis margine perscripsit. In manibus eam habuit Polenus, sed secutus non est: nam hic vir doctus si in suis annotationibus editionem Jocundi commemorat, semper ed. Joc. secunda intelligenda est. Cum enim Frontinus et Vitruvius uno volumine continerentur, postea Frontinus separatim excusus est et inscriptus: Julius Frontinus de Aquaeductibus a Jocundo nuper revisus iterum et, quantum ex collatione licuit, repurgatus. Postremas tamen pagellas, in quibus errata, annus editionis, locus et typographi nomen recepta erant, non adiunxerunt. Non multo autem post editio Joc. iterum recusa est cum Vitruvio, cui editioni hic titulus: M. Vitruvii de Architectura libri decem nuper maxima diligentia castigati atque excusi, additis Julii Frontini de Aquaeductibus libris propter materiae affinitatem. Florentiae an. 1522. Per

haeredes Philippi Juntae. (12). In hac editione epistola Jocundi, supra a nobis relata, desideratur: at errata, quae in ea ed. ad calcem erant recensita, in hac suis locis fuere emendata. Anno post hanc (— transscripsi haec ex Poleni Proleg. p. 23 —) alia iterum editio Frontini secuta est, ex ea, de qua posterius diximus, descripta, cui titulus: M. Vitruvii de Architectura libri decem, summa diligentia recogniti atque excusi. Cum nonnullis figuris sub hoc signo positis, nunquam antea expressis. Additis Julii Frontini de Aquaeductibus libris, propter materiae affinitatem. An. 1523. (12). Sine loci et typographi indicio: ex typorum tamen figura haec quoque ed. Florentina esse videtur. Duae posteriores editiones neque inter se sunt diversae, neque etiam ab Joc. editione, quae separatim excusa est, differuut. Atque unam ex his editionibus, sive secundam sive tertiam, secutus est Polenus, in qua hic vir doctus saepe eandem, immo vel maiorem fiduciam ponit, quam in ipso codice Cassinensi. Multis numeris diversa est a praestantissima editione Jocundi prima, quae succedat nobis in locum codicis antiqui, cuius Parisinus est apographum, quaeque de illius codicis iactura quodammodo nos consoletur.

Ex editione Jocundi, qua Polenus usus est, posteriores deinceps editiones repetitae sunt, paucis mutatis. Quarum primo loco ponenda est, quae continetur libro: Fragmenta vetustissimorum auctorum summo studio ac diligentia nunc recognita. Basileae an. 1530. apud Jo. Bebelium. In quo Frontinus inscribitur: Sexti Julii Frontini viri Consularis de Aquaeductibus urbis Romae lib. II. In Praefatione ad lectorem Bebelius de nimis depravato Frontini libello queritur ita: „Annixi sumus, quantum per rei tum difficultatem, tum temporis longinquita-

tem licuit, ut quam emendatissima (fragmenta illa) in manus tuas venirent: quamvis in Frontino id peiuscule successerit, adeo ut ne quidem nobis ipsi satisfecerimus; id tamen quod mirum non est in auctore tam depravato, nullo nobis fretis exemplo vetustiore, ut si iam ipse reviviscat, sit Delium natatorem habiturus in votis." Haec editio, quam Gymnasii nostri bibliotheca mihi suggessit, in Annott. significatur littera B. — Tum cum Vitruvii de Archit. libris decem in lucem prodiit: Sexti Julii Frontini de Aquaeductibus urbis Romae libellus, Argentorati an. 1543. in officina Knoblochiana per Georgium Machaeropoeum. (4). Editio, Poleno iudice, ex ed. Joc. descripta: quae repetita est Argent. an. 1550. — Deinde Sex. Julii Frontini Commentarii de Aquaeductibus et Coloniis recusi sunt in Onuphrii Panvinii Reipublicae Romanae Commentariis, Paris. an. 1588. apud Aegidium et Nicolaum Gillios. (8). Quae editio, e Gymnasii nostri bibliotheca a me recepta, simillima est editioni Jocundi, quam Polenus secutus est, ut huius loco ego ea usus sim. — Sequentium editionum quasi dux est editio Petri Scriverii, Antverp. an. 1607: qui in Praefat. se ex septem codicibus manu scriptis Frontinum emendasse gloriatur; et tamen nihil attulit singulare, nihil omnino profecit. Ex Scriverii editione Frontinum repetiit Robert Keuchenius Amstelaed. an. 1661. notisque satis prolixis adornavit. Sed hic quoque operam perdidit, et prorsus nihil ad Frontinum emendandum contulit. Keuchenii denique editio transiit in Graevii Thes. Antiq. Rom. T. IV. p. 1624. Lugdun. Batav. an. 1697.

Novum deinde sidus obortum radios suos foventes in torpentem adhuc massam emisit tenebrasque obductas adhuc densissimas discussit. Prodiit enim: Sex. Julii Frontini

de Aquaeductibus urbis Romae Commentarius, antiquae fidei restitutus, atque explicatus opera et studio Joannis Poleni. Patav. 1722. apud Jo. Manfrè. Quae repetita editio est an. 1732. Trium codicum (C U et V) editionumque supra percensitarum omnium auxilio novam vulgavit editionem, et ad diligentiam et ad doctrinam iudiciique maturitatem, pro temporis illius captu, omni laude dignissimam. Viri doctissimi merita exponere et ob materiae diversitatem longum est, et ex nostris studiis comparebit. Schultzius non tanti aestimavit Polenum, quanti debebat. Saepissime quidem erravit atque ex multis discriminibus se expedire non potuit, videlicet magister matheseos, linguae autem latinae et artis grammaticae criticaeque legum minus peritus. At si quis nunc tantum superarit Polenum, quantum Polenus superiores editores interpretesque omnes, Frontino illustrando et emendando haud ita multa superesse fateor. Acerbissime in Polenum animadvertit Corradinus de Allio, cuius criticae in difficiliores Frontini locos annotationes leguntur in editione Adleri, quae prodiit Altonae 1792. De quo insigne est testimonium Scipionis Maffei, apud J. Schrader. in libro Emendatt. p. 5, ubi homini inter multa deliria tamen quaedam ingenii lumina concedit. Cf. Schultz Praefat.

Posteriores editiones omnes textum Poleni repetierunt: v. g. quae Biponti prodiit an. 1788; item Adleri, Alton. 1792. cui adspersit editor decerptas quasdam Poleni aliorumque (v. g. Corradini, Opsopoei) notas una cum suis: ipsius tamen Adleri notulae vix sunt memoratu dignae. Quae sequuntur duae editiones, itidem ex Poleni ed. repetitae, continent etiam versionem, una Italicam, altera Gallicam. Una est: Commentario di Sesto Giulio Frontino, degli

Acquedotti della citta di Roma, con note e figure illustrato Da Baldassarre Orsini, professore delle belle arti e direttore dell' Accademia de diseguo di Perugia. In Perugia 1805. Altera est: Commentaire de S. J. Frontin sur les Aqueducs de Rome, traduit avec le texte en regard; précédé d'une notice sur Frontin, de Notions préliminaires sur les poids, les mensures, les monnaies, et la manière de compter des Romains; suivi de la Description des principaux Aqueducs construits jusqu'à nos jours; des Lois aux Constitutions impériales sur les Aqueducs, et d'un Précis d'hydraulique. Avec trente planches. Par J. Rondelet, Architecte, membre de l'Académie des Sciences etc. A Paris. 1820. Cf. Schultz. Praef.

Pervenimus ad eum locum, quo brevi erit agendum, quid Schultzius in recensendo illustrandoque Frontini libro profecerit. Optime utique Schultzius de Frontino meritus est, tam in textu repurgando, quam praecipue in illustrandis constituendisque rebus omnibus, ad librum intelligendum pertinentibus. Res complures, in his verborum significationes, nova luce, ad hunc usque diem nos deficiente, mirum in modum donavit. In aliis audacter novat et reformat. Nimirum saepe numero quae superioribus viris doctis omnibus firma rataque habebantur, destruens, eaque ipsa, quorum veritatem superiores suis oculis sibi persuaserant, fastidiens, novam opinionem animo conceptam argumentis ex suomet ingenio petitis exornat et visa veri similia imaginatione quasi ad veritatis fastigium evehere molitur. Attamen etiam ea, in quibus erratur, eiusmodi sunt, ut plurimum fructus ex iis capias; atque haud raro ingemui, quod argumentis diligenter et subtiliter collectis

assentiri, eaque quae proponuntur, rationibus e veterum monumentis receptis vera iudicare non potuimus. Emendationes magnam partem non solum sunt ingeniosae, sed etiam verae; partim sunt dumtaxat incredibiliter ingeniosae et sagaces, sed veritate destitutae. Permultis emendationibus prorsus nihil pretii tribuendum est, ut profectis partim ab inani litterarum permutatarum ludo propriisque quibusdam artificiosis criticea exercendae ambagibus, partim ad latinae linguae et grammaices inscientiam reducendis. Fieri non potest, quin errores irruat Schultzius, propterea quod, praemissa rei cognitione, sive ex veterum monumentis sive ex disciplina, sive ex suo ingenio parta, innitens, emendandi cupiditati satisfacit; quum, credo, rei cognitio causas criticas, ex libris mss. editisque religiose legitimeque, quoad eius fieri potest, constitutas, sequatur: quo tamen in genere ultro intelligitur, fere alteram rationem haud deficere alteram posse. Systema artis criticae a Schultzio propositum recensituro singularis libellus scribendus esset, quum ea res paucis absolvi nequeat. Quid ego de eo iudicem, in re praesenti se manifestabit, quum causa critica agetur. Glossas autem interpolationesque, quarum magna exemplorum nube Frontini librum paucis foliis exceptis commaculatum a sciolis interpretibus esse Schultzius tantopere queritur, quod attinet, si semel delendi, quidquid Romanis tum cognitum arguas, cupidine fueris abreptus, nullus delendi modus erit; si enim unum et alterum concesseris Romanis tum cognitum fuisse, omnia illuc pertinentia ut superflua damnari oportet, alius alia pro suo quisque captu delebunt, et liber tertia parte evadet tenuior. Quanquam haud paucis supersedere possemus: sed tamen ipsius Frontini tam vehemens sua verba interpretandi suasque res illustrandi studium deprehendimus, ut in dubium illud vocare in-

sipientis iudicem, et eo in genere provide et caute agendum esse existimem.

Schultzius initio ipse Frontini librum suis notis criticis subiectis erat in lucem editurus. In manibus meis est textus repurgatus, quem altero quoque folio versio libri germanica comitatur; item notae criticae, sed usque ad Art. 94 tantum paratae. Postea consilium mutavit: notas criticas maximam partem in Commentarios transtulit, atque ad horum finem (sub nr. IV) varias lectiones componere constituerat. Sed id quoque non effecit: immo infra audiemus, eum ipsius Frontini editionem plane omissum amico suo Heinrichio obtulisse, ipsumque fuisse Commentarios tantum editurum. Licet plurima, quae in notis criticis leguntur, etiam in Commentariis deprehendantur, gratum tamen me facere viris doctis existimabam, si in causis gravioribus Schultzii verba ex notis criticis, quae haud pauca singularia et in Commentariis neglecta contineant, repeterem. Versio denique germanica, quam Schultzius reliquit, congrua est textui, liberius, audacius, et non ubique secundum latinae linguae et grammatices leges constituto. Ut tamen hic praetermittam et vitia et obscuritates, quorum multitudine et magnitudine typis ea mandari non potuit: insignis ea est etiam multis virtutibus: et verba formulaeque loquendi graviores plerumque bene et optime reddita, imprimis proprietates dicendi ad rem aquariam pertinentes nove quidem ex parte, sed tamen egregie vernacula lingua sunt donatae, constitutae et per totum opus constanter observatae, ut meae versioni vindicare maximam partem non dubitaverim.

His praesidiis instructus quum labore prope defunctus essem, Welckero intercedente, a Carolo Heinrichio (med. stud.), Caroli Friderici Heinrichii, illustrissimi illius Prof.

Bonnensis nuper demortui, filio, nactus sum a patre relictas in Frontinum annotationes. Nimirum inter Schultzium Heinrichiumque de Frontino edendo convenerat eo pacto, ut Heinrichius textum repurgatum et sua annotatione critica adornatum, Schultzius Commentarios suos separatim ederet. Postquam suam quisque operam impenderant et quid sit de quaque re statuendum et iudicandum sibi constare arbitrabantur, opiniones separatis studiis conceptas secum communicare communiterque Frontinianis curis vacare coeperunt. Quibus conventibus una alterave tantum vice iteratis morbus et mors Schultzii insecuta finem imposuit spemque pulcherrimam frustrata est: ex quo tempore etiam Heinrichius studia sua intermisit.

Heinrichii notulae breves, ut in margine ed. Adleri scriptae, partim dispersis schedulis mandatae, maximam partem non sunt spernendae: permultis, quae sunt rebus grammaticis, verbis formulisque discendi illustrandis et expediendis, non tam explicatur, quam indicatur tantum, et ad alios aliorum scriptorum interpretes convertimur. Interpretes ab Heinrichio affatim allatos libenter evolvissem, ut inde Frontino illustrando consulerem; sed carebam libris tantum non omnibus. Emendationum plurimae in margine enotatae Schultzii sunt: inter eas, quae ab ipso Heinrichio factae sunt, nonnullae sunt optimae, omnium autem praestantissima et indubitata veritate insignis est emendatio invidiam Art. 5. Fere autem loci summa difficultate insignes silentio praetermittuntur. Notulis omnibus integris, ut erant, paucis exceptis, locum concessi iuxtaque meas inserui, sive convenientes sive non convenientes; nam ut ob illarum aliquam similitudinem meas delerem, mihi persuadere non potui. Pauca, quae Heinrichius in schedulis ex Frontini libro carptim et obscure enotavit, ad tempus,

quo Frontinus librum suum publici iuris fecerit, pertinentia, in praesenti commemorare omitto, propterea quod in Frontini vitam alio loco et tempore inquirere mihi in animo est, postea quam cetera eius scripta, et quae genuina habentur et quae feruntur supposititia, perscrutatus iudicio diligentiori, quam adhuc factum est, sublecero.*)

Postquam de subsidiis omnibus disputavi, ad ultimum de mea Frontini editione mihi loquendum esse dicas. An de consilio et descriptione? Revolvas vero librum, et tuismet oculis ultro ea patebunt. Depravatum mutilatumque librum ut repurgarem et restituerem, id mihi praecipue cordi erat quam causam comitabatur linguae orationisque illustrandae studium. Notas criticas, ut earum summa in conspectu esset, textui subieci, uberiores, quum spatium non caperet, in Annott. reieci. Rebus explicandis operam fere navavi, quibus locis esse necessarium ducebam, aut inter interpretes veritas in disceptatione versabatur. Gravioribus autem in causis, ut qui parum ipsam rei aquariae disciplinam ingenii mei imbecillitate me assequi potuisse ingenue fatear, aut ad Schultzii Commentarios provocavi, aut tacite subinde eius sententiam amplexus sum: in computandis modulis ceterisque rationibus religiosissimi Poleni sequi diligentiam malui. An de versione dicam? Quam velim existimes non ad voluptatem delectationemque legentium, sed ad usum esse apparatam, Frontinumque esse, qui germanice redditur, munerum publicorum severum curatorem vergentis latinitatis, non politum su-

*) Absolutam iam a me ea de re disputationem, inscriptam „Bruchstücke aus dem Leben des Sex. Julius Frontinus," legas in Zeitschr. für Alterth. Wissensch. J. 1839. Heft 9 und 11, cum sors ita tulerit, ut ipsam Frontini editionem oportuerit differri.

perioris aetaiis scriptorem: et in primo meo eiusmodi conatu indulgentiam iudicum invoco. Dicamne de meis recensendi et illustrandi meritis? Aliorum id iudicium esto. Si qui autem diiudicare volent, erroribus obviam facti, temperent precor vituperii acerbitati, recordantes, me, idoneae bibliothecae adiumento destitutum omniumque rerum penuria circumventum, in solitudine paene intolerabili opus difficillimum peregisse; ut aequi iudicii lenitate erigar, non frangar acerbitate.

Summa notarum, quibus brevitatis causa usus sum:

C = codex Cassinensis.
U = - Urbinas.
V = - Vaticanus.
Paris. = - Parisinus.
F = editio Veneta-Florentina.
J = - Juntina seu - Jocundi.
O = - Opsopoei.
ed. pr. = - princeps Poleni.
rec. = - recentior (-ores).
Pol. = Polenus.
Sch. = Schultzius.
Heinr. = Heinrichius.

Scrib. Embricae mense Octobr. MDCCCXXXIX.

Sex. Julii Frontini

de

aquae ductibus urbis Romae

liber*

Arti-culus

Cum omnis res ab Imperatore delegata intentiorem exigat curam; et me seu naturalis sollicitudo seu fides 1.

* Exordium in C U video (in illo rubro colore, in hoc litteris maiusculis scriptum) hoc: *Incipit prologus Julii Frontini in libro de aquae ductu urbis Romae.* Finitur prologus, qui hic dicitur, Art. 3, ad cuius finem in C leguntur verba *Explicit prologus;* et est librariorum. In V nihil inscriptum invenio. Tum F. et ed. pr. diversam habent inscriptionem hanc: *Sexti Julii Frontini viri consularis de aquis quae in urbem influunt libellus mirabilis.* consimilemque O: *Sexti Julii Frontini viri consularis de aquis quae in urbem influunt liber.* Cui inscriptioni aliena admixta sunt haec: *libellus mirabilis, quae in urbem influunt, viri consularis.* Verba *quae in urbem influunt* ex Art. 3. desumta. Etiam *viri consularis* futile esse scioli hominis additamentum, vel ex eo manifestum est, quod etiam in titulo Strateg. Frontini in edd. adstruitur *vir consularis,* in codd. autem horum verborum nullum apparet vestigium, quamobrem Oudend. merito delevit. Denique editiones Florent. an.

sedula non ad diligentiam modo, verum ad amorem quoque commissae rei instigent; sitque nunc mihi ab Nerva Au-

---

1496 et Venet. an. 1497 in titulo, qui toti volumini praefigitur, habent: *Sexti Julii Frontini de aquae ductibus liber unus.* et Paris.: *Julii Frontini de aquaeductibus urbis Romae liber primus.* — Primum ex hac lectionis varietate manifestum est, Frontinum inscripsisse: *Sex. Julii Frontini — liber.* In recentioribus quidem edd. distinguuntur *libri duo*, et plerique omnes viri docti, qui ex vulgatis edd. passim Frontini testimonio utuntur, pariter duos libros distinguunt, quorum alter ab Art. 64 incipit. Praeterea in ipso C post Art. 63 finem legimus: *Liber primus explicit. liber secundus incipit.* Verum haec verba, rubro colore inserta, sunt librarii; et neque in U, qui ex C manavit, neque in V et ed. pr. ullum istius distinctionis vestigium deprehenditur. In edd. autem Flor. et Ven. *liber unus* idem esse atque simplex *liber*, ex eo apparet, quod nulla amplius librorum distinctio in iis offertur. Solus Paris. tot librorum auctoritati cedat necesse est. — Non tam certis rationibus constat, quomodo reliqua tituli pars se habuerit; quanquam mihi persuasum est, Frontinum non inscripsisse *de aquaeductu urbis Romae*, quod defendit Sch. (v. Annott.), sed potius *de aquae ductibus.* Quae inscriptio non solum in cod. Paris. et edd. Flor. et Ven., sed etiam, procul dubio veterum codd. exemplo, in omnibus edd. rec. deprehenditur. Quare vituperandus mihi esse videtur Polenus (Proleg. p. 20), qui eam in suspicionem vocavit; neque Heinrichio assentiri possum, qui inscripsit: *de aquis urbis Romae liber.* Postremo ed. Frontini, quae in Onuphrii Panvinii Reip. Rom. Comment. recepta est, inscribitur: *S. J. Frontini de aquaeductibus urbis Romae commentarii.* in Graevii Thes.: *S. J. Frontini — commentarius.* Atque ita inscripsit etiam Polenus, et cum eo editores posteriores. In quam sententiam afferri ipsius Frontini potest testimonium, qui Art. 2 scribit: *in hunc commentarium.* et paulo infra: *huius commentarii.* Atqui hoc testimonium, pro librorum scilicet auctoritate, non plus valet, ac si quis strategematicon libros Frontini ex Praefat. I. verbis *(expeditis amplectar commentariis)* pariter inscribere ausit: *Strateg. commentarii.*

1. *delegata*) F. *delectata.*
comm. rei) B et al. rec. *rei.*
instigent) VFO. *instiget.* v. Annott.

Augusto, nescio diligentiore an amantiore rei publicae Imperatore, aquarum iniunctum officium, tum ad usum, tum ad salubritatem atque etiam ad securitatem Urbis pertinens, administratum per principes semper civitatis nostrae cives: primum ac potissimum existimo, sicut in ceteris negotiis institueram, nosse quod suscepi. Neque enim 2
ullum omnis actus certius fundamentum crediderim; aut

---

nunc mihi) V et edd. *mihi nunc.*

rei publicae Imp.) F O: *reipublicae et imperii.*

tum ad usum) Pol. om. *tum.* Retinent libri omnes, etiam Paris., praeter C, in quo illud a librario propter similem praecedentium vocabulorum exitum (*tum—ium*) praetermissum. In eodem C desideratur *ad* ante *securitatem*, ut in F *etiam.*

quod susc.) Paris. *quid.* sed rubro colore inter lineas *quod.*

certius) V F: *rectitudinis.* O: *certitudinis.* 2.

aut aliter) F om. *aut.* J et rec. *crediderim, quam quae fac.* nec aliter Paris., in quo tamen rubro colore inter lineas corrigitur *aut aliter.* Pro *quaeque* Adler: *quaeve*, nescio unde.

decerni) Paris. V et edd. *decernere.* Attamen in Paris. manus recentior corrigit *decerni*, ut est in C U. Keuchenius annotat: „valet *discernere*, quod ad oram veteris notatum." De horum verborum discrimine v. Drakenb. ad Liv VII. 9.

aliudve—viro) Ita C U. In V: *aliud in re tam indecorum tolerabile viro.* Longe aliter ed. pr. et F: *nam quid vere tam indecorum et intolerabile delegatum.* Paris. J. et rec: *Nam quid viro tam indecorum et intolerabile quam.* Sch. emendat: *neque aliud videtur tam indecorum* (*vel intolerabile*) *viro consulari.* Cf. Annott.

quod fieri etc.) Verba *quod fieri necesse est, quotiens imperitia praecessit, et adiutor* (sic lego) *decrevit usum,* sunt additamentum adulterinum. HEINR.

quotiens) hic et ubique codd. et meliores edd., more antiquo. Cf. Annott.

praecessit eius etc.) Mea haec emendatio est, repetita partim ex codd. vestigiis, partim ex edd. vet. En librorum lectio. C U: *praecosit ei adi . . . . orua* (in C incertum est, *orua* sit an *arua*) *decurrit usum.* V: *praecessit ei a divo Nerva decurrit: usum quorum etc.* Paris. et edd: *praecessit eius cui decernitur:* (Paris. *decernitur. Usus) usus quorum* etc. Editores post Pol. habent: *prae*

aliter, quae facienda quaeque vitanda sint, posse decerni; aliudve tam indecorum tolerabili viro, quam delegatum

---

cessit et adiutorum decrevit usum. Sch. correxit: *praepositi ad illorum decurrit usum.* v. Annott.

quorum etsi nec. etc.) Lego: *qu. etsi nec. partes, sunt ad min. tantum, ut man. qu. et instrumentum, agentis.* Post *sunt* subint. *tamen,* et cf. Ruhnk. ad Terent. p. 178, 13. et ad Aquilam Ro. p. 190. Duker. ad Flor. p. 308. HEINR. Codd. et ed. pr.: *qu. etsi* (C: *si) nec. p. sunt* (V: *sint) ad min. tamen ut man. qu. et instrum. agentis.* F: *qu. etsi nec. p. sunt, tamen ad min. ut manus-agentis.* nec aliter Paris. J et rec., nisi quod addunt *agentis esse debent.* Pol. vulgavit: *qu. etsi nec. partes, sunt ad min. tamen ut man. qu. et instr. agentis.* Verba *esse debent* vi instrusa esse, animadvertit Pol. Schultzius *tamen* ex *tantum* depravatum esse affirmans refingit: *qu. etsi nec. p. ad min., tantum manus-agenti sunt.* in not. cr.: *qu. etsi nec. p. sunt, prosunt ad min. ut manus-agenti.* Ego censeo, particulam *ut* deberi compendio *st̄* i. e. *sunt* vel potius *sint* (quod in J bene explicatur verbis *esse debent),* et inter *sint* et *manus* librariorum conniventia excidisse *nonnisi,* scil. ob quandam similitudinem, quam vocabula *manus* et *nonnisi* in codd. obtulerint.

Quapropter ea) V F: *Propterea quae.* Infra V: *more mihi iam.*

velut in corpus) Sic J et rec. Vide Heinr. in Annott. Sed C: *in hunc corpus.* U: *in hoc corp.* V F: *hoc in corp.* unde Pol. vulgavit *in unum corp.* Sch. legit *veluti corpus.* Et ecce in Paris. rubro coloro corrigitur *veluti,* sed nulla amplius voce omissa.

diducta) i. e. disposita, digesta. Mea haec emendatio est. Libri: *deducta.* quod nihili est. Permutantur *diducere* et *deducere* Art. 20. 117. Ex libris coniicias *redacta.*

formula) Ita libri. Pol. primus *forma.* v. Annott.

succedentium res acta est) Ita libri praeter Paris. J. et rec., in quibus: *antecedentium res acta est, in hoc vero et insequentium, cuius fortasse* etc. Diversas virorum doctorum de hoc loco sententias partim ridiculas exponere, longum est. Sch. modo reformat: *quos postea experimentis et usu composui.* modo: *In iis autem libris, quos cum exp. aliorum composui, antecendentium res acta est; huius comm.* etc. In J sole clarius loci aut non intellecti aut male intellecti interpretandi studium manifestatur; atque rerum nexus declarat, factam interpretationem profectamque inde mutationem esse

officium ex adiutorum agere praeceptis: quod fieri necesse est, quotiens imperitia praecessit eius, ad cuius crebro decurritur usum: quorum etsi necessariae partes sunt ad ministerium, tamen sint nonnisi manus quaedam et instrumentum agentis. Quapropter ea, quae ad universam rem pertinentia contrahere potui, more iam per multa mihi officia servato in ordinem et velut in corpus diducta, in hunc commentarium contuli, quem pro formula administrationis respicere possem. In aliis autem libris, quos post experimenta et usum composui, succedentium res acta est: huius commentarii fortassis pertinebit et ad successorem utilitas; sed cum inter initia administrationis meae scriptus sit, in primis ad meam institutionem regulamque proficiet. Ac ne quid ad totius rei pertinens notitiam 3
praetermisisse videar, nomina primum aquarum, quae in urbem Romam influunt, ponam; tum per quos quaeque

---

infelicem. Non enim Frontinus id agere poterat, ut hic auctam scriptis suis antecessorum gloriam praedicaret, sed tantummodo ut commemoraret, quid scripta sua valerent quidque *commodi* ex iis ad posteros redundaturum esse speraret. Veram loci sententiam accipe in Annott.

fortassis) Sic C U, et in Paris. rubro colore inter lineas corrigitur pro *fortasse*, ut est in V et edd. Mox U: *successorum*. Paris. *sed quom*.

ad meam) In C videtur exaratum esse *nostram*. Mox U: *perficiet*.

influunt) C: *influant*. 3

ponam) Scriptus *promam*. Alii *pandam*. KEUCHEN.[1] Art. 64: *nunc ponam* etc.

et quoto) In codd. et F deest *et*.

perductae sint) Pol. *perducta sit*. Sed CU: *perducta sint*. V F: *perductae sunt*. Paris. J et rec: *perductae sint*. Recte. De quo plur. numero post *quisque* v. Herzog ad Caes. B. C. II. 37. Ruhnk. ad Terent. Eun. Prol. Zumpt Gram. Lat. §. 367.

a quoto milliario coepissent) C: *a quoto coepisse*. Saepe in hoc cod. aliisque libris infinitivum corrupte exhiberi, audiemus ad Art. 97.

earum et quibus Consulibus, quoto post Urbem conditam anno, perductae sint; deinde quibus ex locis et a quoto

---

U: *a quoto coepissent.* V F: *locis et anno quo coepissent.* Paris. J et rec: *a quoto milliario duci coepissent. Duci* interpretationis gratia insertum est, debetque hic intelligi ex praecedenti *perductae sint*, quod rursus supplendum est ad seqq. *quantum subterraneo rivo etc. Coepissent* legendum, ut supra *perductae sint.* Editores post Polenum *coepisset.* Reformat Sch.: *et a quo capite*, omissis verbis *perduci coepisset.* In not. cr. autem emendat: *a quoto lapide perduci coepisset.*

quantum subst.) C: *ac quantum.* Infra: *quantum extra* etc. *Quantum* l. c. per quantum spatium.

post altit.) Sic codd. et edd., non *postea*, quod primus vulgavit Pol.

et quae erogationes etc.) Edd. et Pol: *mod. rationem et ab illis erogationes* (F: — *nem). Ab illis* possit explicari „post illos" (— exposita enim modulorum ratione Art. 23—64, sequuntur erogationes Art. 64—74—); vel „ab illis (modulis seu modulorum ratione) pendentes". V: *modulorum rationemque ab illis erogationes.* Optime quidem illud *ab illis* successit in locum corruptae lectionis *habilis*, quae in antiquioribus codd. reperitur, velut in U, qui habet: *mod. rationem habilis erogationes.* Sed in C porro video: *mod. erogationes habiles factae sint.* in qua lectione manifestum est, similitudinem vocabulorum *que rationem* et *quae erogationes* turbas effecisse; posterioresque librarii, quid vocabulis *factae sint* faciendum esset nescientes, haec quoque omiserunt. Iam Sch. dederat: *modorumque rationes* („die Berechnungen der Maasse"); *quae erogationes ab illis factae sint.*

quantum intra U. serviat) De huius lectionis a Poleno receptae integritate non est dubitandum. Legit ita C, omisso tamen *intra.* Eliciamus potius *Urbem*, quod etiam in ceteris libris absit. Nec aliter legitur in U, modo verba falso repetita uncis includas, ita: *quantum extra urbem, quantum intra [quisque modus cuique regioni serviat in urbe] unicuique regioni pro suo modo [unicuique regioni] unaquaeque aquarum serviat.* In V, omissis verbis *quantum extra urbem*, legitur: *quantum intra, quisque modus cuique regioni* etc. Paris. et edd. habent: *quantum extra urbem, quantum intra, quisque* (F: *quique) modus cuique* (Paris: *cuique, quoique regioni) regioni pro suo modulo* etc. In quibus libris verba *quis-*

milliario coepissent, quantum subterraneo rivo, quantum substructione, quantum opere arcuato; post altitudinem

---

que modus ex U translata sunt, quae nimirum orta esse videntur ex ara loci n terpretatione.

et ex his) C: *et ex is.* U: *etex quis.* V F: *et ex quibus.*

cultiores appellant) Libri omnes *appellantur.* unde Sch. legit: *cultiora appellantur*, scil. munera. Non assentior. v. Annott. Singularis est lectio Paris. *cultiores res appellantes.* — U om. *enim.*

lacibus) Ita C. v. Annott. — *nomine Caes.)* Sch. legit *nomini*, assentiente Heinr. v. ad Art. 78. C: *nomine Julii Caesaris.*

usui) usibus. HEINR.

quod ius) Excidit *postremo* aut *denique*, absorptum a vocabulo praecedente. HEINR.

ducendarum tuendarumque etc.) Pol. cum Paris. et edd: *quod ius tuendarum sit earum.* Sed Frontini manum fuisse aliam, trium codd. arguunt vestigia: *quod ius tuendarumque* (V: *quae) sit* (U: *sint) earumque* (V: *earum, quae) id sanciant* (V: *faciat) poena* etc. Aliquid omissum esse ante *tuendarumque* suspicatus Sch. (et post eum Heinr.) inseruit *ducendarum;* eumque recte fecisse, apparet ex verbis Art. 94: *Sequitur, ut indicemus, quod ius ducendae tuendaeque sit aquae.* — Pergitur in edd. rec: *earum, qua contumaces afficiantur poena, ex lege, Senatus consultis et mandatis principum irrogata.* Paris. F J: *qua id afficiat poena, lege-irrogata. Contumaces* est interpretis. Verbi *afficiat* (item *afficiantur)* origo reducenda est ad lectionem cod. V *faciat,* depravatam manifesto ex compendio *saciat* i. e. *sanciat.* Pessumdata quaedam sunt etiam in codd.; quorum V: *poena est lege-irrogata.* U: *poena e lege-inrogatae.* C: *poena! e lige. senatus consulto! mandatis pr. inrogatae.* Sed eiusmodi haec sunt, ut non amplius dubitandum sit, quin recte Pol. ediderit: *quae id sanciant poenae ex lege, Senatus consultis et m. pr. irrogatae.* vel potius Sch.: *quaeque id sanciant* etc. Legem habes Art. 129, Senatus consulta inde ab Art. 100. Heinr. amplius correxit: *quae sint, quae id sanciant.* Frustra. Libenter contra amplector eius emendationem *legibus.* Disputat autem ita: „Erat siglum *leg̅.* i. e. *legibus.* Art. 94: *leges.* Art. 95: *legibus.* Art. 103: *leges.* In quo siglo cum erraret librarius, scripsit *lege,* idque rursus depravatum est in codd.

cujusque, modulorumque rationem et quae erogationes ab illis factae sint; quantum extra Urbem, quantum intra Urbem unicuique regioni pro suo modo unaquaeque aquarum serviat; quot castella publica privataque sint, et ex his quantum publicis operibus, quantum muneribus, — ita enim cultiores appellant —, quantum lacibus, quantum nomine Caesaris, quantum privatorum usui beneficio Principis detur; quod ius ducendarum tuendarumque sit earum; quae id sanciant poenae, ex legibus, Senatus consultis et mandatis Principum irrogatae.

4 Ab Urbe condita per annos CCCCXLI contenti fuerunt Romani usu aquarum, quas aut ex Tiberi aut ex puteis aut ex fontibus hauriebant. Fontium memoria cum sanctitate adhuc exstat et colitur: salubritatem enim aegris corporibus afferre creduntur, sicut Camoenarum et Apollinis et Juturnae. Nunc autem in Urbem influunt: aqua Appia, Anio Vetus, Marcia, Tepula, Julia, Virgo, Alsietina, quae eadem vocatur Augusta, Claudia, Anio Novus.

5 M. Valerio Maximo, P. Decio Mure Coss., anno post initium Samnitici belli XXXI, aqua Appia in Urbem

---

4 *aut ex puteis)* desunt in V F. In iisdem infra: *et adhuc exstat. salub. enim.)* C om. *enim.* — *creduntur)* V F: *credimus.*

Camoenarum et Apollinis et Iuturnae) Sic ex corrupta librorum lectione emendavi. v. Annott.

aqua Appia) Ita ex tribus codd. restitui. Antea edebatur: *influunt aquae.* Nominatur *aqua Appia* etiam Art. 5 et alibi.

Marcia) Sic constanter hic et ubique C, cum in ceteris *Martia.*

Alsietina) Huius vocabuli loco in C lacuna est. Sch. scribit: *Virgo, quae eadem vocatur Augusta, Alsietina, Claudia et Anio Novus.* Lege integram eius disputationem V. 2. Nos in eam rem inquirimus ad Art. 12.

5 *M. Valerio Max.)* Paris. et edd. incipiunt: *Appia M. Val.* — Tum Paris. J et rec: *P. Decio Murena.* Sed in Paris. syllaba *na* manu sec. deletur. Cf. Pigh. Ann. Rom. T. I. p. 362.

inducta est ab Appio Claudio Crasso Censore, cui postea Caeco fuit cognomen, qui et viam Appiam a

---

XXXI) Sic reposuit Polenus, recte: nam ortum hoc bellum est M. Valerio Corvo III. et Aulo Cornelio Cosso Arvina Coss.; post hos autem Valerius Maximus et Decius Mus coss. fuere anno trigesimo primo. Omnes quos novi libri: *XX;* et verborum ordo in edd. hic est: *anno XX post init. S. belli.* Teste Adlero alii: *XXX.* Mendum dudum correxisse Sigonium Comment. in Fast. p. 85. annotat Heinr.

in Urbem inducta) Haec lectio in solo U exstat; quam veram iudicant Corrad. Sch. et Heinr. C: *in Urbem ducta,* (non *inducta,* ut Pol. retulit). V et edd. om. *aqua Appia in Urbem.* Pol. om. *in Urbem.* — U V om. sequens *ab.*

Caeco) V: *Cero.* F O: *Aegro.* In C U loco huius nominis spatium patet; id vero in J et rec. nomine *Caeco* expletur. v. Liv. IX. 29. Cic. pro Caelio c. 14. Diodor. XX. 36.

qui et viam Ap.) C: *quiam Ap.* V: *circa Ap.*

C. Plautium) C U: *C. Plautum.* In V omittitur nomen. Paris. et edd: *C. Fabium.* sed in Paris. inter lineas rubro colore corrigitur *Plautium.* Recte. Diodorus XX. 36. *L. Plautium* nominat. At v. Liv. IX. 29 et 30. Fragmenta Capitolin. marm.

eius aquae) F O om. *aquae.*

Sed quia is) V: *Sed is se qui.* FO: *Sed is se.* J et rec: *Sed is quia.*

idem facturo) Lege *invidiam.* Liv. IX. 29. Explica: quem putabat voluisse ipsi invidiam facere. De invidia etiam Diodor. XX. 36. *Ibidem* male natum ex compendio *ibid.* pro *inbidiam, b* scripto pro *v.* HEINR. Paris. V et edd: *idem fact.* C U: *ibidem,* quod nequidquam defendere laborat Corradinus. Pol. edidit *id idem.* Sch. correxit *ipso idem.* Quid multa? Optima est Heinrichii emendatio. De *invidiam facere* v. Cort. ad Lucan. II. 36.

abd. se Cens.) V F O: *abd. a C.* Paris. J et rec: *abd. se a C.*

huius aquae) V F O om. *huius.* — *Lucullano)* Ita libri. v. Annott.

VII et VIII.) Secuti viri docti sunt C U auctoritatem. V et edd: *VI et VIII.*

Ductus eius) C: *cuius.* J: *ductos.* V F: *Ductus est hab.*

Trigeminam) C V F: *Tergeminam.* Sed ad calcem huius Art. libri omnes: *Trig.* — Sch. delet verba: *qui locus est. adp. Trig.* Ego delenda potius censeo verba ad finem huius Art. posita: *qui locus*

porta Capena usque ad urbem Capuam muniendam curavit. Collegam habuit C. Plautium, cui ob inquisitas ejus

---

Salinae appellantur. Alter, opinor, locus recte se habet. Similiter Solinus c. 2: *locum, cui Salinae nomen est, ubi porta nunc Trigemina.*

XI.CXC) V F: *XI.CX.*

subt. rivo passuum) C: *super situm.* U: *super suum.* V F: *sursum;* in omnibus om. *passuum.* Pol. correxit *sub terram;* Corrad. *Ductus-subtersitus,* explicans „aedificatus sub terram;" Heinr. *sub terram rivum,* sc. habet. Ut paucis dicam: mutilitate initio exaratum fuit: *super ..... suum;* quod recte expletur in J et rec: *subterraneo rivo passuum.* Compara Art. 6. 7. 10 etc. ubi constanter opponuntur: *subterraneo rivo — supra terram.*

substr. et arcuato opere) C U: *substructio et arcuatura.* V F: *substructio et arcuatam.* Paris. et rec: *substructione* (J: *substructione*) *et supra terram arcuato opere.* Pol. scripsit *substructione et arcuatione* (ex Art. 18 et 121), Corradinus *substructio et arcuatura,* Schultzius *substructio et arcuatio,* Heinrichius *substructionem et arcuaturam,* sc. habet. Primum *arcuatura* non est vocabulum Frontinianum; tum casus nominandi in hac sententiarum serie Frontiniano usu alienissimus. Lege ipsum Frontinum Art. 7. 9. 10. 11. 14. 15. Tu igitur protinus repone: *arcuato opere.* Nimirum *arcuatura* propter compendium corruptum esse ex *arcuato opere,* satis superque liquet ex librorum auctoritate, sic similiterque legentium.

prox. ad portam) Dele *ad.* Infra: *proxime viam.* Art. 15: *propius Urbem.* Art. 14: *prope Urbem.* Gronov. obs. p. 341 sq. HEINR. Retinent libri praeter C U, in quibus *proximum port.*

ad Spem Veterem) C: *ads ... em veterem.* U: *ad anien ecr veterem.* Paris. U J et rec: *ad anionem veterem.* F O: *ad anienem vet.* Veram lectionem restituit Pol. partim ex C, partim ex Art. 65. Cf. Sch. I. 4.

Torquat. et Plaut.) Tres codd: *Torquatianorum* (non *Torquatinos,* ut Pol. ex C retulit) *et ..... norum.* Paris. F J et rec: *Torquatianorum et Alsietinae* (Paris. *Torquatiorum.* B: *Torquatinorum Alsietinae*) *Augustae ramum.* v. Annott. In seqq. secutus sum rationem, qua locum constituit Pol. Libri turbant. C: *ramum Augustae alia* (vel *aba*) ..... *in suppl. eius additum .... toco .. nomen ..... denti Gemellorum.* in U: *ramum Augustae aba ... in*

aquae venas Venocis cognomen datum est. Sed quia is intra annum et sex menses, deceptus a collega tam-

---

suppl. ejus additum ... to cognomine .... denti Gemellorum. in V: *ramum Augustae ab a ... in suppl. est additum cognomen decem Gemellorum.* Paris. F J; *Augustae ramus* (F J: *ramum*) *ab milliario ... in suppl. ejus* (F: *est*) *additus* (F J: *additum*) *... to cognomen decem Gemellorum.* B: *Augustae ramus ab milliario .... in suppl. ejus addito cognomento decem Gemellorum.* Etiam quae in Onuphrii Comm. est editio habet *addito cognomento,* in ceteris cum J consentiens. Sch. in not. cr. Polenum recte locum explevisse iudicat: attamen V. 2 illud *ab Augusto* mutat in *ab Agrippa,* et ante *imposito* inserit *iis;* denique in text. recens. porro corrigit: *additus, usitatum cui cognomen est Confluenti Gemellarum.* Heinr., in ceteris Pol. secutus, pro *imposito* legit *indito.* Heinr. filius, Carolus, pro *respondenti,* quod non satis latinum putat (— sed vid. Ind. s. v. Cf. Strateg. Praef. III. *libri respondent titulis*—), coniicit *congruenti.* Unum me suspensum tenet, accus. *ramum additum,* a libris confirmatus: ex qua difficultate, si librorum lectio non est spuria, quomodo me expediam, nunc nescio. Non potui, quin unius Paris. lectionem amplecterer.

ad mill. VI.) V F O: *ad m. unum.* Mox C: *sinistro.* Paris: DCCCCLXXXXI.

Collatiam) Hanc formam et hic pertinaciter servant libri omnes, et Art. 10 plurimi, exceptis V et nonnullis edd., quae *Collatinam.* Compara adiect. *Latius* pro *Latinus.* — *accipit*) Sch. *concipit.*

ad Gemellas) Ita U. In ceteris, etiam Paris. *Gemellos.*

passus VI.CCCLXXX) C: *passuum sex milia trecenta sexaginta.* U: *passuum sex milia trecentos octoginta.* Lingua postulat, ut scribatur vel: *passus sex millia trecentos octoginta.* vel: *efficit longitudinem passuum sex millium trecentorum octoginta.* Art. 9: *efficit longitudinem passuum quindecim millium* etc. Cf. Art. 7. 10. 11. 14.

imo Publicii clivo) Pol: *sub Publ.* Sed C: *distribui .... imo publicii cilvo.* U: *distribui anio imo publicii alvo* (i. e. *cilvo* i. e. *clivo*). V: *distribui .... anio uno publico publicii alvo.* Paris. F O J et rec: *distribui Vetus Anio vico publico* (Paris. J et rec. ignorant *publico*) *publicii* (O: *Publicio*) *alveo* (Paris. et B ignorant *alveo*). En corruptionis quasi historia; ex qua de Frontini manu non amplius est dubitandum. cf. Annott. *Appia* restituit Pol.

quam invidiam facturo, abdicavit se Censura, nomen aquae ad Appii tantum honorem pertinuit: qui multis tergiversationibus extraxisse Censuram traditur, donec et viam et huius aquae ductum consummaret. Concipitur Appia in agro Lucullano, via Praenestina, inter milliarium VII et VIII, diverticulo sinistrorsus passuum DCCLXXX. Ductus ejus habet longitudinem a capite usque ad Salinas, qui locus est ad portam Trigeminam, passuum XI.CXC; subterraneo rivo passuum XI.CXXX; supra terram substructione et arcuato opere proxime portam Capenam passuum LX. Jungitur ei ad Spem Veterem in confinio hortorum Torquatianorum et Plautianorum ramus Augustae, ab Augusto in supplementum ejus additus, imposito cognomine respondenti Gemellarum. Hic via Praenestina ad milliarium VI, diverticulo sinistrorsus passuum DCCCCLXXX, proxime viam Collatiam accipit fontem; cujus ductus usque ad Gemellas efficit rivo subterraneo passus VI.CCCLXXX. Incipit distribui Appia imo Publicii clivo ad portam Trigeminam.

6 Post annos XI, quam Appia perducta est, anno ab Urbe condita CCCCLXXXI, M'. Curius Dentatus,

---

qui locus Salinae appellantur) Ita pergitur in codd. (etiam Paris.) et edd. vet., non *appellatur Salinae*, ut Pol. vulgavit. B et al. rec: *Salinae appellatur*. Sed de his verbis supra monuimus.

6 *CCCCLXXXI*) Sic C. In ceteris: — LXXXIX.— *Cursore*) om. V F.

Vetus dicitur) Hoc ordine C U, non *dicitur Vetus*.

locavit) Sic C U. Infra: *Curius — eam locaverat*. In ceteris: *curavit*.

Carvilio) V: *Calvisio*, ut etiam in sua ed. vidit Pighius Ann. T. 1. p. 445. F O: *Clavisio*. al. *Garbilio*.

Coss. iterum) Ita C. Recte: uterque enim hoc anno iterum Consulatum gesserunt. Ceteri libri: *Consulibus. Item post.*; in quo *item* compendio debetur.

deinde actum) Sch. corrigit modo *denique* modo *demum*.

qui Censuram cum L. Papirio Cursore gessit, Anionis, qui nunc Vetus dicitur, aquam perducendam in Urbem ex manubiis de Pyrrho captis locavit, Sp. Carvilio, L. Papirio Coss. iterum. Post biennium deinde actum est in Senatu de consummando eius aquae opere; frequentibus autem Romanorum bellis praetermisso, demum post nonum annum rursus Minutius Praetor rem retulit. Tum ex Senatus consulto Duumviri aquae perducendae creati sunt, Curius, qui eam locaverat, et Fulvius Flaccus. Curius intra quintum diem, quam erat Duumvir creatus, decessit: gloria perductae pertinuit ad Fulvium. Concipitur Anio Vetus supra Tibur XX milliario extra portam Baranam, ubi partem dat in Tiburtuim usum. Ductus ejus habet longitudinem, ita exigente libramento,

---

frequentibus autem etc.) v. Annott.

Tum ex Sen.) C U: *tum* (C: *ium*) *ex . . . . tus . . . ulto.* V: *Tamen ex S.* Quae desunt, V et edd. explent.

aquae perd.) V F: *aquam perducentes.*

creati sunt etc.) V et edd: *creati, Curius et Fulvius Flaccus locaverant.* Sed C U: *creati sunt Curius* (C: *Curi*) . . . . *locaverat et Fulv. Flac.* damnumque probe reparavit Pol. vocabulis *qui eam.* — *Duumvir*) C: *Duumvirum.*

Baranam) Sic Sch. *Varianam* Fea ad Horat. Epist. I. 14, 3. (*Barium:* Wessel. ad Itin. p. 117 et 119.) Carolus meus *Arretinam.* Itin. p. 285. et ibi Wessel. HEINR. CU: *RRa.. nam.* Vet edd: *Raranam.* Paris: *Romanam,* ut legimus etiam apud Nardin. Rom. Ant. VIII. 4. et Raph. Volaterran. Geogr. VI. fol. 54. B. ed. Paris. 1526. recepitque in urbis descriptione Kircher. Lat. Vet. et Nov. ad p. 126. Corrad. corrigit *Reatinam*, et sic edidit Adler. Libenter secutus sum Sch., cuius lege disputata II. 4.

ubi partem dat in Tib. usum) Sic de suo edidit Pol. C U: *ubi partem . . . . in Tib. usu.* V F: *ubi partim in Tyburtinum usum.* Paris. J et rec: *ubi partim in Tyburtinum distribuitur usum.* Sch. substituit *perdit.* Praestare Poleni causam evincitur ex Art. 21: *partem dat in specum.* Formam *Tiburtium* (i. e. incolarum urbis) servant C U etiam Art. 66. ubi pari modo V et edd. *Tiburtinum.* Cf. Forcellin. in v. *Tiburs.* — *exigente*) V F: *ex ingenti.*

passuum $\overline{XLIII}$: ex eo rivus est subterraneus passuum $\overline{XLII}$.DCCXXIX; substructio supra terram passuum CCXXI.

7 Post annos CXXVII, id est anno ab Urbe condita DCCVIII, Ser. Sulpicio Galba cum L. Aurelio Cotta

---

$\overline{XLII}$) V F O: $\overline{XLVII}$. Pro DCCLXXIX J et rec: CCXCVII. Pro seq. CCXXI in V F est DCCIII.XXI. in J et rec. DCCII. In C U ubique recti numeri servantur. — *substructio*) V: *subtractio.*

7 *Post annos CXXVII*) Ita C U. In V F: XXI. *anno post annos* etc. J et rec: *Vigesimo primo anno post ann.*

Marcio) C: *Marco.* U: *Marcotio* (i. e. *Marco Titio*). V F: *M. Tito* (F: *Titio*) *qui tamen Pr.* J et rec: *M. Titio.* Sed infra recte C: *Martio* (ubi U: *Martio.* cett. *Marco*). Item infra C: *Marcii Regis* (ubi U F O: *Martii.* V: *Martis.* J et rec: *Marci Titii*). Cf. Plin. XXXVI. 15. XXXI. 3. Hinc apparet, quam falso Pighius (T. II. p. 468) ex sua ed. *M. Titium Praetorem* receperit. — *et peregrinos*) om. C. — *ac vindic.*) V et edd: *et vind.*

alias aquas, quas posset) Ita C U. In ed. pr. et J deest *quas.* POL. Lego: *quatenus alias aquas posset in U. perducere.* Orta erat corruptio ex falsa geminatione. HEINR. Sic etiam Sch. correxerat. Verum receptae mihi lectioni patrocinatur praeter C etiam Paris. In ceteris libris ad unum omnibus (etiam U, si meis oculis fides est) excidit *quas*, ob similitudinem videlicet vocabuli praecedentis. Praeterea omnes quoque libri illud *perduceret* tuentur.

Qui lapide quadrato) v. Annott. — *nomen est*) C om. *est.*

sestertium millies octingenties) Sic edendum curavi, auctore Sch. V. 4. C: *sestertium mine octingente.* U: *sest. nunc octingente.* V: *sext. et non octingenti.* Ed. pr. F O: *sest. mille et octingenties.* J: *sest. IIII et octingenties.* B et al. rec: sest. IIII et *octingenta.* Pol. edidit: *sest. IIII et octogies.* Corrad. proposuit: *sest. millia octingenta,* applaudente Adlero. In not. cr. Sch. proposuerat: *sest. minus octingenties.*

sufficiebat etc.) Sic locus distinguendus cum Sch. et Heinr., non: *non sufficiebat, spatium Pr. in an.,* ut pecunia defecerit. Praeterea V F: *sufficiebat, statuit Praeturam in alterum annum prorogatum.* J et rec: *statuit Senatus Praeturam in alterum annum prorogari.*

Eo temp.) Sic C. In cett. *Eodem.*

invenisse) C U: *inventi.*

Coss., cum Appiae Anionisque ductus, vetustate quassati, privatorum etiam fraudibus interciperentur, datum est a Senatu negotium Marcio, qui tum Praetor inter cives et peregrinos ius dicebat, eorum ductuum reficiendorum ac vindicandorum. Et quoniam incrementum Urbis exigere videbatur ampliorem modum aquae, eidem mandatum a Senatu est, ut curaret, quatenus alias aquas, quas posset, in Urbem perduceret. Qui lapide quadrato ampliores ductus excitavit, perque illos aquam, quam acquisierat rei publicae commodo, trium millium opera fabrorum duxit, cui ab auctore Marciae nomen est. Legimus apud Fenestellam, in haec opera Marcio decretum sestertium millies octingenties. Sed quoniam ad consummandum

---

sed potius) *potius* ex C U restituit Sch., cum in ceteris, item a Pol., sit praetermissum.

de hoc e. const. traditur) Spuria haec esse arbitror. Fuit in margine annotatio: *De hoc etiam Constantius tradit.* Et fluxit inde interpolatio simillima illi de Ammaranio Art. 4. Praetermisit verba Sigonius Comment. in Fast. p. 201. C. HEINR. V F J: *de hoc non.*

perducendam) Sic J et rec., item Pol. C U F: *perduci.* V; *produci.*

a Lepido) C V F om. *a.* U; *arlepide.* Sch. *Aemilio Lepido.* „qui Cos. a. U. 616. Cic. Brut. 25, 6. et 27 extr.“, annotante Heinr.

eandemque retractatam) Sch: *eademque - retractata.* Recte. HEINR. C U: *eademque* (pro *eādemque*) — *retractatam.* V et F: *eandemque—retractata* (pro *retractatā*). Denique J et rec. ita habent, ut nos edidimus. Intell. „rem.“

p. an. tertium) v. Annott.

gratiam Marcii Regis) J et rec: *Marci Titii.* Ed. pr. F O: *Q. Martii Regis.* „quam lectionem stabilit, et rem ipsam refert Plinius H. N. XXXVI. 15. et XXXI. 3.“ annotat Opsopoeus. Sch. (IX. 4) legit: *in gratiam Anci Marcii Regis.*

ita in Cap. esse aq.) Hoc ordine C U. In cett. *ita esse in Cap. aq.* Sch. addit *esse eam aquam.* Bene.

ad mill. XXXVI) Editi: XXXIII. At Fabrettus in Num. 159 recte monuit, XXXVI esse reponendum, et numerum XXXIII,

negotium non sufficiebat spatium Praeturae, in annum alterum est prorogatum. Eo tempore Decemviri, dum aliis ex causis libros Sibyllinos inspiciunt, invenisse dicuntur, non esse aquam Marciam, sed potius Anionem, — de hoc enim constantius traditur —, in Capitolium perducendam; deque ea re in Senatu a Lepido, prò collega verba faciente, actum Appio Claudio, Q. Caecilio Coss., eandemque post annum tertium a L. Lentulo retractatam: sed utroque tempore vicisse gratiam Marcii Regis; atque ita in Capitolium esse aquam perductam. Concipitur Marcia via Valeria, ad milliarium XXXVI, diverticulo euntibus ab urbe Roma dextrorsus millium passuum trium. Sublacensi autem, quae sub Nerone

---

iunctis in imo priorum unitatum apicibus, pluribus suadentibus esse emendandum. POL. Etiam V: XXXIII. Sed C et U Fabretti emendationem egregie stabiliunt, ut vidit etiam Sch.

mill. p. trium. Sublac.) Libri *millia*, pro *milliu.* V F: *passuum VI.* Tum in O pergitur: *vi Sublac.* in J et rec: *villa Sublac.* Corruptum III in VI, ut supra XXXVI in XXXIII. Postea vero ex numero VI factum vocabulum *vi*, idque rursus transiit in *villa.* Sch. (II. 6) corrigit: *illa Sublac.* Ego vero cum Opsopoco et Scriverio malim: *via Sublac.*, ut loquitur Frontinus Art. 14 et 15; licet hoc quoque non sit omnino necessarium.

autem quae) contrahunt V et edd. in *atque.*

ad mill. XXXVI) v. Annott.

intra spatium — perviridi) v. Annott.

LXI.) B et al. rec: $\overline{LX}$.

LIV.CCXLVII) *V* J et rec: — CCLXVII (LX pro XL).

VII.CCCCLXIII) V et edd: — CCCCXL (XL pro LX).

ex eo. long.) *ex*, in libris omissum, recte restituit Pol. v. ad Art. 6.

pl. locis sup. parte val.) Post Pol. ex U vulgatur: *pl. locis per P. R. valles;* interpretatum: „*per populi Romani valles;* quod opus ad traiiciendas valles praesertim comparabatur.“ C: *pl. locis P. R. vallis.* V: *pl. locis pro p. et d. valles.* Edd: *pl. locis privatis et publicis et D. vallis.* Sch. emendavit: *pl. locis superiore parte vallis.* Recte. Art. 15: *opere arcuato supe-*

Principe primum strata est, ad milliarium XXXVIII sinistrorsus, intra spatium passuum ducentorum, fontium infinita multitudine sub fornicibus petraeis scatenti, stat immobilis stagni modo, colore perviridi. Ductus eius habet longitudinem a capite ad Urbem passuum LXI.DCCX. s.: rivo subterraneo passuum LIV.CCXLVII. s.; opere supra terram passuum VII.CCCCLXIII: ex eo longius ab Urbe pluribus locis superiori parte vallis opere arcuato passuum CCCCLXIII; propius Urbem a VII milliario substructione passuum DXXVIII; reliquo opere arcuato passuum VI.CCCCLXXII.

Cn. Servilius Caepio et L. Cassius Longinus, qui 8
Ravilla appellatus est, Censores, anno post Urbem conditam DCXXVII, M. Plautio Hypsaeo, Fulvio Flacco

---

riori parte pluribus locis. Sic, non *superiore,* ut est in tribus codd. Art. 14: *in superiori parte pluribus locis.* ubi omnes libri *superiori;* quare nostro quoque loco hanc formam recepi.

CCCCLXIII) De huius et seqq. duorum numerorum veritate dubitat Sch. V. 4. Idem *milliarium VII* in dubium vocat, pro eo *VI mill.* suspicans. F O: *ad VII milliarium.*

DXXVIII) Sic C. Sed U: *substructionem p.* CLXXVIII. V: *substructum p.* CLXXXVIII. F: *substructum p.* CLXXXXIII. J. et rec: CLXXXVIII.

reliquo) C U: *reliqua.*

VI.CCCCLXXII) J: *6471.* B et al. rec.: *6470.* V: *7471.* F: *12,471.*

Caepio) Codd. *Scypio* vel *Scipio.* Pro *Ravilla* U: *Micilla.* V F: *Villa.* v. Annott.

appell. est) V F om. *est*: quod quum utroque libro fere semper et ubique fiat, hoc loco semel monuisse sufficiat.

DCXXVII) U: DCXXLXX.

Hypsaeo) C: *hypsapora,* duobus punctis priori litterae *p* suffixis. Pol. vidit *hypsaponi.* V F: *hyssapone.* U O J et rec: *Hipsapone* (secundum Polenum *Hyps.*). Consulas Pigh. et Sigon. Fast. Cons.

Lucullano) C: *Luculano.* v. ad Art. 5.

ad X mill.) V et edd: *ad* XI *mill.*

Coss., aquam, quae vocatur Tepula, ex agro Lucullano, quem quidam Tusculanum credunt, Romam et in Capitolium adducendam curaverunt. Tepula concipitur via Latina, ad X milliarium, diverticulo euntibus ab Roma dextrorsus millium passuum duum: inde rivo suo in Urbem perducebatur.

9 Post M. Agrippa, Aedilis post primum Consulatum, Imperatore Caesare Augusto II, L. Volcatio Coss.,

---

atque inde rivo suo) C U: *duum.... inde.....rivo suo.* J: *duum inde rivo suo.* POL. Lege: *et inde rivo suo* etc. *Post M. Agrippa* etc. Frontinus infra: *et inde in usum Urbis fistulis deducuntur.* CORR. Mihi in libris sic offertur. C: *dextrorsus..... milium p. duum....inde rivo suo in U. p. Post.... Agrippa* etc. U: *mil. p. duum..... inde....suo in U. p. post M. Agrippa* etc. V: *duum inde.... suo in U. p. post mille Agrippa,* etc. F: *mil. p. unum inde rivo suo in U. perducebatur. Iuliae post mista: nam Agrippa* etc. J et rec: *duum, inde rivo suo in U. perducebatur, Iuliae post mista: nam Agrippa* etc. Sch. legit: *Tum inde rivo suo in U. perducebatur. M. autem Agrippa etc.* cum Pol. verba edd. *Iuliae post mista* ab aliena manu illata esse iudicans. Satius mihi visum est, lacunis ex parte omissis, simpliciter scribere, ut editum vides.

9 *Augusto II*) Ita C. Numerus *II* in U depravatur in litteram *N.*; quae in V transiit in *M.*; atque ex hac in F O factum est nomen *Messala* seu *Messalla,* in J et rec. nomen *Marcus,* corrupto praeterea *L.* in *Laelius.* Pro *Volcatio* V F O: *Volcastro.*

diverticulo—millium p. duum) *devertieulo,* quod libri ignorant, primus inseruit Sch. *Duum* pro *duorum* est in C U hic, Art. 6. 8. 10. 11. etc.

alterius) J et rec: *alteriusque.* ex quo Sch. fecit *alterius aquae,* assentiente Heinr. Libri voc. *aquae* ignorant. Pro *vires* Sch. aliquando suspicatus erat *venas.*

Acquis. aq.) Sic emendavit Sch. C U: *acquisitaque.* ceteri libri: *acquisitaeque.* Post Pol. edebatur: *intercepit, acquisitaeque — est: ita tamen* etc. Cf. Annott.

— *CCCCXXVI. s.*) i. e. semis. Cf. *Art.* 7. Erat tamen, qui pro *scilicet* caperet, teste Poleno. Quae littera in J et rec. desi-

anno post Urbem conditam DCCXIX, ad milliarium ab Urbe XII, via Latina, diverticulo euntibus ab Roma dextrorsus millium passuum duum, alterius aquae proprias vires collegit et Tepulae rivum intercepit. Acquisitae aquae ab inventore nomen Juliae datum est, ita tamen divisa erogatione, ut maneret Tepulae appellatio. Ductus Juliae efficit longitudinem passuum $\overline{XV}$.CCCCXXVI. s.: opere supra terram passuum $\overline{VII}$: ex eo in proximis Urbis locis a VII milliario substructione passuum DXXVIII; reliquo opere arcuato passuum $\overline{VI}$.CCCCLXII. Praeter caput Juliae transfluit aqua, quae vocatur Crabra. Hanc Agrippa omisit, seu quia improbaverat, sive quia Tusculanis possessoribus relinquendam credebat:

---

deratur. V F O: *VII mil. CCCCXXVIII. reliquo op.* pro: — *XXVII s.*, et *reliquo* e seq. huc translatum est.

a VII mill.) damnat Sch. II. 7.

transfluit) U: *transtulit.* Mox pro *Crabra* V F O: *Traba.*

omisit, seu quia imp.) Ita C. In U J et rec: *emisit.* Praeterea V F: *emisit* (V: *emissae*) *usum improbaverat, seu.* B: *emisit seu quia usum imp. Usum* interpretatione natum; nam *hanc emisit* est „omisit ea uti.“ Cf. Bunsen. Beschreib. der St. Rom. Bd. I. S. 206.

tractus) Sic U J. In C hoc verbum compendiosa scriptura exhibetur ita, ut valde dubitari possit, num *circuitus* legendum sit. POL. Praefero *circuitus,* quum sit significantius. Rivus in vallium marginibus ad irrigandum circumductus habet *circuitum;* tractus irrigandus caret imagine. SCH. Qui Schultzio codicem C descripsit, e compendio eruebat *transitus.* Mei autem oculi haud obscure vident *tractus:* nam manifesta est littera initialis *t,* ad cuius dextram supra appingitur siglum ?, quod et *re* et *ra* in libris solet significare; sequuntur litterae *ctus,* quarum *c* eo est paullo obscurior, quod paene linea recta elevatur et siglo illi paullum immiscetur. *Tractus eius* i. e. regionis. Cf. Art. 21: *unde per illum tractum distribuitur.* Denique V F: *villae tractant per vicem.*

modulosque) F: *modulisque certis.*

Sed non ead.) Plures edd. teste Poleno: *disp. accipiunt, sed — moderatione. Aquar.* et Adlero testante: *dispensatam, sed —*

ea namque est, quam omnes villae tractus ejus per vicem in dies modulosque certos dispensatam accipiunt. Sed non eadem moderatione aquarii nostri partem potiorem ejus semper in supplementum Juliae vindicaverunt; nec ut Juliam augerent, quam hauriebant largiendo, compendii sui gratia. Exclusi ergo Crabram et totam iussu Imperatoris reddidi Tusculanis; qui nunc forsitan non

---

moderatione. Aq. Corrad: *Sed — mod. aquarii nostri; part.* intelligens „utebantur.“ Male.

partem maximam eius) C: *par . . . . . eius.* U J: *partem. . . . . eius.* Quaedam edd: *partem maximam eius.* Et sic lacunam supplevi. Atque facile mihi persuasi, partem hanc potuisse maximam reputari; nam reddita Tusculanis insolitam abundantiam effecit, ut infra narratur. POL. Sch. reposuit: *partem potiorem eius.* Egregie. Ob vocabulorum similitudinem alterum compendiosa scriptura excidit. V: *pro temp . . . . . enim semper.* ex qua in F effectum: *nostri protendunt ei.*

vindicaverunt) Poleni (referentis ex C *ud iudicaverunt*) coniecturam *adiudicaverunt* receperunt editores posteriores, etiam Sch. et Heinr. Ego vero meis oculis in C scriptum video: *uaidicauunt*, i. e. *udindicaverunt*, i. e. *utindic.* Nam *ud* in hoc cod. exaratur pro *ut:* verba gratia in seqq. *nec ud Iuliam*; cui compara *aud, sund, adque* (Art. 64. 92), *dad* (Art. 21), *contingid* (Art. 17) etc. Hoc *utindic.* (pro quo V: *ut iudic.*) in U pessumdatur in *et indicav.;* quum potius *ut* idem sit atque *ui* seu *vi:* quas sollenniter in libris permutari syllabas, quis est qui nesciat? Ut in C habeamus: *viindic.* pro *vindicaverunt.* quae lectio in J et rec. integra restat. F. quidem praebet *iudicaverunt.* Sed etiam Art. 128 *vindicare* pessumdatur in *iudicare.* Adde quod *vindicare* tam latinitati, quam ipsi rei, quae iniquo arbitrio peragitur, est convenientius.

compendii sui) Sic optime ex J et rec. restituit Pol. C: *complendis in gratia*, i. e. *complendi sui gratia*, ut est in U. V habet: *complere: nisi sui gratia.* F: *complevere nisi sui gr.* Non assecuti sunt librarii significationem nominis; quare pessumdederunt. v. Annott.

Exclusi etc.) C U: *Exclusa ergo Crabra* (U: *Crabram*) *et totam — reddidittusculanis* (sic C; U: *reddidit tusc.*). V F O et

sine admiratione eam sumunt, ignari, cui causae insolitam abundantiam debeant. Julia autem revocatis derivationibus, per quas surripiebatur, modum suum, quamvis notabili siccitate, servavit. Eodem anno Agrippa ductus Appiae, Anionis, Marciae paene dilapsos restituit, et singulari cura compluribus salientibus aquis instruxit Urbem.

Idem cum iam tertium Consul fuisset, C. Sentio, Q. Lucretio Coss., post annum tertium decimum, quam

---

ed. pr: *Exclusa vero est Crabra* (F O: *Tabra*) *et totam-reddidit.* J et rec: *Exclusa ergo est Crabra et tota — reddita Tusc.* quas secutus est Pol., deleto *est.* Corrad. legit: *Exclusa ergo est Crabra, et totam — reddidit* (sc. Agrippa). Sch. *Exclusâ ergo Crabrâ, totam — reddidi.* Cf. Sch. II. 9. Narratio est eiusmodi, ut rem, quae agitur, in Frontini aetatem referamus necesse sit. Cui autem liberius ablativi absol. genus displiceat, is reponere possit: *Exclusam ergo Crabram totam — reddidi.* Sed mea emendatio potior videbatur.

cui causae) J et rec: *cuius causa — habeant.*

dilapsos) V et edd: *delapsos.* Art. 18 libri omnes: *vetustate dilapsus.* v. Forcellin. — *singulari*) V F: *in sing.*

compluribus) B et al. rec: *cum compl.* al: *cum pluribus.*

sal. aquis) v. Annott.

tertium) Sch. *tertio,* ex C. quod antique dictum. v. Forcellin.

Consul) In libro Pithoei annotatum *Censor.* OPSOP.

Q. Lucretio) In C om. praenomen. U: *P. Lucret.* J et rec: *Sp. Lucr.* Cassiodorus, Onuphrius, Sigonius et Pighius nominant *Q. Lucret.* Consulatum gessere a. U. 733. POL. Sigon. in Fast. p. 345. A. Cf. Almelov. p. 105. Plin. II. N. 14. p. 27. IIEINR.

quoque in agro) V et edd: *in agro quoque.* De agro Lucull. v. ad Art. 5.

dies) C: *die.* V F O om. *dies.* ut scriptum fuisse suspiceris *quo die.*

in urb. resp.) Libri praeter C: *in urbem.* V F O: *responderet.*

V. Id. Iun.) Codd: *quinto.* V F O: *Iunii.* J et rec: *Iduum Iunii.* Verum esse *quintus Idus Iunias* nunc nemo ignorat. Accipe: dies invenitur (erat) quintus dies ante Id s Iunias.

app. est) V et edd. om. *est.*

invenerunt) C: *vocaverunt.*

Iuliam deduxerat, Virginem quoque in agro Lucullano collectam Romam perduxit. Dies, quo primum in Urbe responderit, V. Idus Iunias invenitur. Virgo appellata est, quod quaerentibus aquam militibus puella virguncula venas quasdam monstravit: quas secuti, qui foderant, ingentem aquae modum invenerunt. Aedicula fonti apposita hanc originem picturâ ostendit. Concipitur ergo via Collatia, ad milliarum VIII, palustribus locis. Signino circumiecto, continendarum scaturiginum causa, adiuvatur et compluribus aliis acquisitionibus. Venit per longitudinem passuum $\overline{XIV}$. CV: ex eo rivo subterraneo passuum $\overline{XII}$.DCCCLXV; supra terram per passus MCCXL: ex eo substructione rivorum locis compluribus passuum DXL; opere arcuato passuum DCC: acquisitionum ductus rivi subterranei efficiunt passus MCCCCV.

---

originem picturâ) Ita C U; quorum fidem cum Pol. sequendam esse duxi, quidquid reluctatur Sch. V. 7. V F O: *virginem pictam.* J et rec: *virginem pictura.*

Concipitur ergo) *ergo*, ut post parenthesin, redordiendae orationi. HEINR. Sch. corrigit *Concipitur Virgo.* Bene.

Signino circum. etc.) C: *circumlecto*, U: *signi circumletto.* V: *Si igitur circumlecto.* F: *Sic igitur circumlecta.* Totus autem locus a Pol. sic constitutus est: *locis; sig. circumiecto, cont. sc. causa, adiuvatur: et cum pluribus al. acq. venit per long.* Libri admodum variant. C: *locis. sig. circ. cont. sc. causa. adiuvatur. compluribus* (Pol. refert *et comp.*) *al. acquisitionibus! venit per long.* U: *locis. sig. — causa. Adiuvatur ex compl. al. acq. venit* etc. V: *locis. Si igitur — causa audivi vera. Ex compl. al. acq. venit.* F: *locis. Sic — causa adiunctis ex comp.* J et rec: *— causa. Adiuvatus ex compl.* Alios legere *Adiunctis ex comp. al. locis acq.* annotat Opsop. Corrad. legit: *Signino — causa; adiuvatur et* (i. e. etiam) *comp. al. acq. Venit p.* Sch: *— causa. Adiuta ab Augusta et comp. al. acq. venit.* Cf. Annott.

XII.) J et rec: *XI millium.*

MCCXL) V F: *passuum, MCCXL. ex opere subst.* E qua lectione libenter recepissem *passuum*, nisi etiam Art. 14 diceretur

Quae ratio moverit Augustum, providentissimum 11
Principem, perducendi Alsietinam aquam, quae vocatur Augusta, non satis perspicio, nullius gratiae, immo etiam parum salubrem, ideoque nusquam in usus populi fluentem; nisi forte, cum opus naumachiae aggrederetur, ne quid salubrioribus aquis detraheret, hanc proprio opere perduxit et, quod naumachiae coeperat superesse, hortis subiacentibus et privatorum usibus ad irrigandum concessit. Solet tamen ex ea in Transtiberina regione, quotiens pontes reficiuntur et a citeriore ripa aquae cessant, ex necessitate in subsidium publicorum salientium dari. Concipitur ex lacu Alsietino, via Claudia, milliario XIV, diverticulo dextrorsus passuum VI. D. Ductus eius effi-

---

per passus, omnium librorum consensu. Tam hunc, quam ceteros longitudinis numeros iu dubium vocat Sch.

moverit) F: *movit.* V: *monuit.* 11

pervident.) Ita C. Sed U J: *provid.* POL. Immo libri quos novi omnes habent *provid.*, etiam C, in quo littera p, cui subnotatur linea circumflexa ex posteriore huius litterae ductu per priorem prolongata, est *pro*, littera *p* autem, subnotata linea transversa, est *per.* Cf. ad Art. 18. Quod igitur recte restituerunt Corrad. Sch. et Heinr. *Pervid.* inauditum vocabulum est.

perducendi) Six correxit Sch., assentiente Heinr. Libri omnes: *prod.* V: *producerent.* Etiam Paris. *prod.*, sed rubro colore inter lineas corrigitur *perd.* Recte. v. ad Art. 6.

etiam p. salub.) V J et rec: *et p.* Praeterea V: *sal. ratio quia nusq.* Sed C U: *ideoque nusq.*

aggrederetur) C U: *adgreditur.* — *ne quid*) V: *quis.*

perduxit) C: *perducit.* Mox J: *et quid.*

subiacentibus) C: *adiacent.* — *ad irrigand.*) abest a VFO.

ex ea in transt.) V F: *ex transt.* mediis omissis. In iisdem in seq. deest *cessant.* — *Alsietino*) C V: *Alsientino.*

mill. XIV) C: *quarto decimo.* sed super litteras *ar* a manu sec. scriptae sunt litterae *in*, ut efficiatur *quinto dec.* Cluverius Ital. Ant. p. 524 corrigit: *mill. XVIII.* de qua correctione v. Pol. ad Art. 11. not. X.

cit longitudinem passuum XXII.CLXXII; opere arcuato passuum CCCLVIII.

12 Idem Augustus in supplementum Marciae, quotiens siccitates egerent auxilio, aliam aquam eiusdem bonitatis opere subterraneo perduxit usque ad Marciae rivum, quae ab inventore appellatur Augusta. Nascitur ultra fontem Marciae: cuius ductus, donec Marciae accedat, efficit passus DCCC.

13 Post hos C. Caesar, qui Tiberio successit, cum parum et publicis usibus et privatis voluptatibus septem

---

Ductus eius) V: *ductus est. Effic.*

CLXXII) V F: *CLXII.* B: *LXXII.*

12 *egerent auxilio*) Libri: *agerent, auxilio al.* praeter J, ex qua Pol. vulgavit *egerent aux.* Sch. corrigit: *qu. sic. exigerent auxilium.* An: *qu. sic. urgerent, aux. al.?* Sed emendationi nullas videtur locus esse, quum *siccitates egent auxilio* dici possit pro „aqua eget auxilio propter siccitates." v. ad Art. 36. Formulam *auxilio egere* legimus etiam Art. 119.

aliam eiusdem bon.) Ita edidit Pol. et legitur in F, si fides est. Sed C: *alia eiusd.* U: *alie.* V: *aquae eiusd.* J et rec: *aliam aquam eiusd.* Bene. An: *aliam eiusdem — rivum aquam, quae ab inv.?* Attamen illud praeferendum videtur.

13 *Aquilio*) C: *Aquila.* U: *Aquilia.* Iidem Coss. Art. 102. Cf. Pigh. Ann. T. III. p. 566.

DCCLXXXIX) Almelov. sub a U. 791. J. Scalig. An. in Euseb. p. 188. col. 2. HEINR. Codd. et edd: *DCCXC.*

Sulla et Titiano) v. Annott.

DCCCIII) Ita Pol. et posteriores. Libri: *DCCCVI* (pro: — *III*). V: *DCC.VI.* Praeterea J et rec: *Kalendarum Augustarum.*

quae ex font.) Edd: *quod.* Ad *nomen* hoc referri non potest, nec tanquam adverbium assumi, cum nomen Claudiae a fontibus Caeruleo et Curtio non dependeat. POL. *Quod.* Quasi esset *quod opus.* At vero *opus* comprehendit illos *duos ductus*, quos modo dicebat, et pergendum erat: *Alteri* (ductui), *qui.* Sed ductibus dimissis, *aquas* nunc cogitat, et secundum hoc cogitatum mutat constructionem. HEINR. V et edd: *quod.* Sch. verba *quae—perducebatur.* spuria iudicat, quippe ex Art. 14 translata. Bene: nam

ductus aquarum sufficere viderentur, altero imperii sui anno, M. Aquilio Iuliano, P. Nonio Asprenate Coss., anno Urbis conditae DCCLXXXIX, duos ductus inchoavit: quod opus Claudius magnificentissime consummavit dedicavitque, Sulla et Titiano Coss., anno post Urbem conditam DCCCIII Kalendis Augustis. Alteri nomen, quae ex fontibus Caerulo et Curtio, perducebatur, Claudiae datum. Haec bonitate proxima est Marciae. Altera, quoniam duae Anionis in Urbem aquae fluere coeperant, ut facilius appellationibus dinoscerentur, Anio Novus voci-

---

verborum etiam collocatio omnino est vituperanda; atque in V et F deest *nomen.* — De Caerulo fonte v. ad Art. 14.

bonitate) Sic V et edd., item Sch. C U: *bonitatis.* quod cum Pol. retinuere posteriores; contra loquendi consuetudinem, nisi quid hic omissum esse statuas. Seq. *est* abest a C et U. Heinr. verba *haec — Marciae* uncis inclusit.

duae Anionis) Ita C et U, assentientibus Sch. et Heiur. Cf. ad Art. 70 init. Pol. edidit: *Aniones.* Alio ordine, genitivo tamen retento. V et edd: *duae Anienis* (V: *Anienes*) *aquae in Urbem.*

vocitari) Sic C U, non *vocari*, ex ceteris libris a Pol. receptum. Pergitur in C: *coepit alia onis pcedit. priori An.;* in U: *alia omnes praecedit.* V F: *alias omnes praecedit.* Porro *cognomini* (non *cognomento*, ut refert Pol.) habent C U; et *cognomentum*, a Pol. editum, nisi in O F non invenio: at V J et rec. *cognomen. Veteri,* quod Pol. recepit, nonnisi F (si fides est) praebet, cum in ceteris libris *Veteris.* Denique O: *et quod alias omnes praec.* J et rec: *et quod illas omnes praecesserat prior Anio, cognomen ei veteris est adiectum.* ex interpretatione, sic intelligenda: et quod ceteras aquas supra percensitas, praeter Appiam, antiquitate superabat. Pol. suam lectionem *alias omnes praecedit* explicat: Anionis Novi origo a milliario 42 (Art. 15) alias omnes aquas longinquitate praecedebat. quod neque fert latinitas, neque ea commemoratio huic loco apta est. Sch. locum sic constituit: *Altera—Anio Novus vocata, copia alias omnes praecedit.* respiciens Art. 91: *in primis abundans.* Ne cui in mentem veniat lectionem a Pol. vulgatam interpretari „praecedit, i. e. antecellit, superat ceteras aquas," sc. bonitate, commonefacio verborum Art. 91: *No-*

tari coepit. Alias omnes perdit. Priori Anioni cognomen Veteris adiectum.

14 Claudia concipitur via Sublacensi, ad milliarium XXXVIII, diverticulo dextrorsus intra passus CCC, ex fontibus duobus amplissimis et speciosis, Caerulo, qui a similitudine appellatus est, et Curtio. Accipit et eum fontem, qui vocatur Albudinus, tantae bonitatis, ut Marciae quoque adiutorio, quotiens opus est, ita sufficiat, ut adiectus ei nihil ex qualitate eius mutet. Augustae fons, quia Marciam sibi sufficere apparebat, in Claudiam derivatus est; manente nihilominus praesidiario in Marciam, ut ita demum Claudiam aquam adiuvaret Augusta, si eam ductus Marciae non caperet. Claudiae ductus habet longitudinem passuum $\overline{\text{XLVI}}$.CCCCVI: ex eo rivo subterraneo passuum $\overline{\text{XXXVI}}$.CCXXX; opere supra terram passuum $\overline{\text{X}}$.CLXXVI: ex eo opere arcuato in superiori parte pluribus locis passuum $\overline{\text{III}}$.LXXVI, et prope

---

vus autem Anio vitiabat ceteras (aquas). Heinr. verba uncis inclusit; sicut Sch. sequentia *Priori adiectum.* Mea emendatio debetur Art. 91. ubi Anio Novus ceteras aquas vitiasse traditur. Interiecta autem est sententia *Alias omnes perdit,* quemadmodum supra illa *Haec bonitate proxima est Marciae:* quam convenienter, quisque videt.

14 *Caerulo, qui* etc.) V et edd: *Caeruloque qui.* Mox V: *appellatur.* Heinr. *verba qui a sim. ap. est* uncis inclusit. Cf. Annott.

M. quoque adiutorio) Heinr. distinguit: *ut M. quoque, adiutorio qu. opus est, ita suff.* me non assentiente.

adiectus ei) Pol. ex J et rec: *adiectione sui.* Sed C: *adiectiones sex — nichil.* U: *adiectiones sex mutent.* V F: *adiectiones* VI *nisi commutet.* An: *ut adiectiones suae nihil — mutent?* Immo emendationem nostram (*adiectus ei*) et Frontini indoles et ipsius rei natura suadet. Cf. Art. 72: *quae* (Augusta) — *adiicitur fontibus Claudiae.*

Augustae fons) Lego: *Et Aug.* i. e. etiam: nam antecedentis syntagmatis (*Accipit — — — mutet*) nihil est genuinum, praeter extremas litteras *et* vocabuli *mutet.* SCH.

Urbem a VII milliario substructione rivorum per passus DCIX, opere arcuato passuum VI.CCCCXLXXXXI.

Anio Novus via Sublacensi, ad milliarium XLII, in Subruino excipitur ex flumine; quod, cum terras cultas circa se habeat soli pinguis et inde ripas solutiores, etiam sine pluviarum iniuria limosum et turbulentum fluit: ideoque a faucibus ductus interposita est piscina limaria, ubi inter amnem et specum consisteret et liquaretur aqua. Sic quoque, quotiens imbres superveniunt, turbida pervenit in Urbem. Iungitur ei rivus Herculaneus, oriens eadem via, ad milliarium XXXVIII, e regione fontium Claudiae

---

apparebat) U: *apparebit.* Mox F: *derivatur.* De re cf. Art. 72.

Augusta) om. V.

XLVI.CCCCVI) Opus supra terram ex tribus partibus constabat, librorum fide confirmatis; quarum prima est passuum III.LXXI, secunda passuum DCIX (V et F: *DIX*), tertia passuum VI.CCCCXCI. Quarum summa efficit passus X.CLXXI. Igitur pro hoc numero in C perperam legitur X.LXXVI, in ceteris libris X.LXXXI. Porro quum rivi subterranei longitudo ex omnium librorum auctoritate sit passuum XXXVI.CCXXX, integer Claudiae ductus habere debet longitudinem passuum XLVI.CCCCVI; ut manifestum sit, librorum lectionem *XLVI millium* (om. CCCCVI) esse mancam.

a VII mill.) V F O: *a VI mill.*

Anio Novus) C: *Anyo.* U: *Anno novo alia Subl.* V J et rec: *Subl. via.* B: *ad mill. LXII.*

in Subruino) v. Annott.

excipitur) V O: *concipitur.* et Opsopoeus comparat Art. 14: *Claudia concipitur — ex fontibus.* At vero de eodem Anione Art. 73: *ex — flumine excepta.* Cf. ad Art. 19. *Flumine.* intell. Anione flumine. Cf. Art. 93.

circa) V J et rec: *circum.* — *fluit*) deest in V F.

liquaretur) V O: *liqueretur.*

aqua. Sic quoque) Lego: *aqua: quamquam sic.* Periit *quamquam* ob similitudinem praegressi vocabuli. HEINR. Bene.

Jung. ei rivus) Codd. et F: *et riv.* Sed Art. 5: *Jungitur ei ad Sp.*

XXXVIII) Ita C. In ceteris libris est: *XXXXIII.* scil. X pro

trans flumen viamque, natura purissimus, sed mixtus gratiam splendoris sui amittit. Ductus Anionis Novi efficit passus $\overline{\text{LVIII}}$.DCC: ex eo rivo subterraneo passus $\overline{\text{XLIX}}$.CCC; opere supra terram passus $\overline{\text{IX}}$.CCCC: ex eo substructionibus aut opere arcuato superiori parte pluribus locis passus $\overline{\text{II}}$.CCC, et propius Urbem a VII milliario substructione rivorum passus DCIX, opere arcuato passus $\overline{\text{VI}}$.CCCCLXXXXI. Hi sunt arcus altissimi, sublevati in quibusdam locis CIX pedes.

16 Tot aquarum tam multis necessariis molibus pyramidas, videlicet otiosas, compares, aut inertia sed fama celebrata opera Graecorum?

17 Non alienum mihi visum est, longitudines quoque rivorum cuiusque ductus etiam per species operum com-

---

V. Praeterea additur *e regione fontium Claudiae*, quam Art. 14. concipi ad mill. XXXVIII audivimus.

purissimus) U: *naturae durissimus.* C: *naturae pessimus, sed mistus.* Sch; *viamque. Natura purissimus, mixtus gratiam — amittit.*

passus) Male hic et in seqq. in multis libris legitur *passuum.*

ex eo) V et edd: *et ex eo.*

superiori) Ita codd., non *superiore* Cf. ad Art. 7.

$\overline{\text{II}}$.CCC) C; *duodecim milia trecentos.* U: *duodecim milia octocentos.* Ceteri libri: *XII millia DCCC.* Poleni emendationem, quam secuti sumus, veram esse, simplici computatione constat.

a VII mill.) Secundum annotationem Opsopoei nescio quae ed. habet: *a XII mill.*

opere arcuato etc.) Haec verba et sequentia usque ad finem huius Art. in U desunt. V: *opere arcuato superiori parte* (quae duo verba ex superioribus huc translata) *passus XI millia* etc. Etiam F: *XI millia*, scil. XI pro VI. Praeterea U V om. seq. *pedes.*

16 *pyramidas*) Ita libri. Post Polenum: *pyramides.*

compares) Edd: *comparem.* V: *componere.*

opera Graec.) Edd; *Graec. op.* U V: *Graec. opere.* Etiam C *opere*, sed postposito *Graecorum.*

17 *long. quoque riv. cu. d.*) J: *longitudinis.* V: *longitudinis q. r.*

plecti. Nam cum maxima huius officii pars in tutela eorum sit, scire praepositum oportet, quae maiora impendia exigant. Nostra quidem sollicitudine non sufficit, singula oculis subiecisse; formas quoque ductuum facere curavimus, ex quibus apparet, ubi valles quantaeque, ubi flumina traiicerentur, ubi montium lateribus specus applicitae maiorem assiduamque protegendi muniendique exigant curam. Hinc illa contingit utilitas, ut rem statim veluti in conspectu habere possimus et deliberare tamquam assistentes.

Omnes aquae diversa in Urbem libra perveniunt. Inde 18
fluunt quaedam altioribus locis: et quaedam erigi in emi-

---

eque ductus. F O: *aquae ductus.* An: *cuiusque aquae ductus?* Sch. damnat *quoque* propter seq. *etiam,* et legit *quasque.* Etiam Heinr. delet *quoque.* Atqui, ni fallor, ea particula fit transitio ad seq. narrationem; sequente autem particula *etiam* ratio complectendi longitudines indicatur.

per species) J et rec: *et per sp.* V: *etiam prospiciens operum.* F O: *et profectus op.* Ed. pr: *et prospectus op.* v. Annott.

officii pars) V F: *pars officii.*

praepositum) V J; *prop.* v. ad Art. 2. Sch. (VI. 7) corrigit: *scite praemonendum est.*

Nostra—sollicitudine) Sic scripsi e codd. et F. Pol. ex J et rec: *Nostrae — sollicitudini.* Heinr. legit: *Et nostrae.* Infra ex codd. et F cum Sch. revocavi *sufficit,* pro quo Pol. ex J et rec. *suffecit.* Denique in V abest *singula.*

formas) J et rec: *sed formas.*

applicitae) Sic rescripsi ex codd., cum in edd. sit *appliciti.* Femin. genus est priscae latinitatis. v. Forcellin. Praeterea Sch. legit *speci*; de qua forma v. ad Art. 125. Maiore auctoritate legisset *speca;* nam genere quoque neutro prisca latinitas hoc nomen extulit, ut videre est apud Forcellin.

protegendi muniendique) v. Annott.

contingit) V: *contigit.* Infra C: *veluti.* U V: *possumus.* O: *delibrare.* V F: *assistentem omnem aquae.*

Omnes aq.) B et al. rec: *aquae omnes.* 18

perveniunt) Sic rescripsi ex C, in quo littera *p,* cui linea sub-

nentiora non possunt; nam nunc colles qui sunt, propter frequentiam incendiorum excreverunt rudere. Quinque

---

notatur transversa, est *per*, ut iam ad Art. 11 diximus. (Quanquam non ubique hic cod. hoc in genere sibi constat, quum sigla particularum *per* et *pro* etiam permutentur. Littera *p*, superducta linea recta, est *pre*). Distincte U; *perveniunt.* atque sic iam legerat Turnebus Adv. V. 5, legitque Sch. Ex ceteris libris Pol. protulit *prov.*: male; *provenire* enim nusquam dixit Frontinus, neque rei aptum est; saepissime contra *pervenire in urbem*, ut Art. 15. 72. 129.

inde fluunt) Codd: *inde fiunt.* J et rec: *Inde fit, ut q. alt. loc. serviant.* cui lectioni, a Corrad. frustra commendatae, optima saltem inhabitat interpretatio: nam *inde* est „ea de causa", et *fluunt alt. l.* idem est quod „fluunt maiore altitudine, in eminentiora urbis loca erectae." Sch. legit: *inde defluunt.* Heinr. *inde quod.* Secutus sum ed. princ. et F, quarum lectionem recte intellexit Pol. v. Annott.

nam nunc colles qui sunt) Vel sic emendandum esse putabam (v. Annott.), vel: *nam antea colles qui fuerunt* („die damaligen Hügel"). Libri: *nam et colles si* (C: *collesi*) *sint.* Sch. modo corrigit: *nam et colles imi, scilicet propt. inc. fr. ex. rud.* modo: *nam et colles minimi.*

rudere) V F: *rudes.* J et rec: *ruderibus excrev.* U: *exercuerunt rud.*

Quinque sunt, quarum) Editores post Pol: *Quinque autem aquarum alt.* Sed tres codd: *Quinque sunt duarum alt.* Ed. pr. et F: *Quinque sunt ductuum altitudines.* J et rec: *Quinque enim sunt altitudines, quarum duae in o. p. U. attolluntur.* nec aliter legebatur in ed., qua usus est Burton (Roms Alterthüm. und Merkwürd. aus dem Englisch. übersetzt von Sickler) p. 40. Unde Corrad: *Quinque atque duarum alt.* Male. Quid multà? Una tantum littera *d* mutata in *q*, recte se habet codd. lectio; quod iam vidit Sch. — Infra V F et ed. princ. omittunt *attollitur.*

sed ex his) V F et ed. pr. omittunt *ex.* J et rec. habent: *sed ex reliquis.* Mox V J et rec: *maiore-leviore.*

est Anio Nov.) Edd; *Anio est Nov.*

aequat) C: *aequata.* — *veteres)* *eas* fort. addendum. HEINR. Sed v. ad Art. 6.

sunt, quarum altitudo in omnem partem Urbis attollitur: sed ex his aliae maiori, aliae leviori pressura coguntur. Altissimus est Anio Novus, proxima Claudia, tertium locum tenet Julia, quartum Tepula, dehinc Marcia, quae capite etiam Claudiae libram aequat. Sed veteres humiliore directura perduxerunt, sive nondum ad subtile explorata arte librandi, seu quia ex industria infra terram aquas mergebant, ne facile ab hostibus interciperentur, cum frequentia adhuc contra Italicos bella gererentur. Jam tamen quibusdam locis, sicubi ductus vetustate dilapsus est, omisso circuitu subterraneo vallium, brevitatis causa, substructionibus arcuationibusque traiiciuntur. Sextum tenet librae locum Anio Vetus, similiter suffecturus etiam altioribus locis Urbis, si, ubi vallium submissarumque regionum conditio exigit, substructionibus

---

directura) V F: *directam.* C U: *derectura.* Sch: *directione.* v. Annott. Ut C U hic *der.* legunt, ita Art. 37 *derectam,* et ibidem C *derigi;* Art. 124 C *derecti,* Art. 126 C *derigunt.* Sed Art. 20 libri omnes *directi.* De quo librariorum more passim viri docti locuti sunt. Cf. Herzog. ad Caes. B. C. I. 45.

ad subtile) V F: *a subtili.* J: *aliud subtile.* B et al. rec: *subtili,* om. praepositione. Sch. corrigit: *ad subtilius.* v. Annott.

gererentur) Lego: *gererent.* HEINR.

vallium) J: *vallus.* B et al. rec: *vallis tractus.* Paullo ante U: *ommisso.* V: *obmisso.* Cf. Annott.

traiiciuntur) F O: *traiiciatur.* V: *traiicimur.* In C scribitur *traiciuntur.* ut Art. 33: *adiciunt.* Art. 105: *subiciendi.* Art. 106: *subicere.* Art. 112: *adiciendum.* etc. fere ubique adstipulante U: de quo librariorum more quid sit statuendum, centies viri docti monuerunt. Cf. Annott.

etiam altior.) V et edd: *et alt.*

si, ubi) Libri omnes *sicubi.* Pol: *si, ubi.* Sch: *si, sicubi.* Heinr. *sicubi* temere esse repetitum ex superioribus annotat.

vel crismis erig.) C: *arcuationibus veteris exigeretur.* U: *arc. veteris erigentur.* V et edd: *arc. veteres exigentur.* Opsop. annotat: „Mendum est in *veteres exigentur.* In Pithoei cod. illud aste-

arcuationibusque vel erismis erigeretur. Sequitur huius libram Virgo, deinde Appia; quae cum ex urbano agro perducerentur, non in tantum altitudinis erigi potuerunt. Omnibus humilior Alsietina est, quae Transtiberinae regioni et maxime iacentibus locis servit.

19 Ex his sex via Latina, intra VII milliarium, contectis piscinis excipiuntur, ubi quasi respirante rivorum cursu

---

risco notatur, hoc in *erigeretur* vertitur.“ Corrad. proponit: *ceteris erig.* i. e. supra ceteras aquas. Sch. in not. cr. emendat: *arcuationibus vel erismis.* Et sic edidi. v. Annott. In textus autem recens. legit: *vel etiam ut ceterae metis erig.* „durch Meten“; nihil rationis adiiciens.

huius libram) V F; *hanc lib.* — *perducerentur)* U J: *perduceretur.*

iacentibus) V et edd: *subiacentibus.* v. Annott.

19 *Ex his sex*) U J et rec: *Ex his via Lat. sex.* V F: *Ex huius via Lat. sed.* At C: *Ex is sex.* quem ordinem cum Pol. retinui. Videntur librarii illud *sex* a vocabulis *ex his* seiunxisse, ne eodem casu accipiantur, cum *sex* sit subiectum.

contectis) Ita C. Ceteri libri *contentis.* Infra V: *excipimur.* F: *excipitur.*

limum dep.) V F om. *limum;* idque vocabulum in U littera tantum initiali *l.* exaratur. Praeterea F: *deponitur.*

earum) om. J. et rec.

Unantur etc.) *Una autem earum Julia, Marcia, Tepula (quae intercepta—accesserat, nunc—venit) hae tres—recip.* Ita habent, si parenthesis signa excipis, C U. Locus admodum me torsit. Parenthesis, quam posui, ad Tepulam pertinet; *supra* spectat ad Art. 9. Quae remanent, ita explico: Earum autem (sex aquarum) hae tres, Julia, Marcia, Tepula, una (i. e. simul) a piscinis in eosdem arcus recipiuntur. Pronomen *hae* necessarium fecit parenthesis aliquanto longior. POL. Seh. in not. cr. emendat: *Una autem meant Julia Marciaque et Tepula, quae* etc.; in text rec: *Una autem earum iniuntur* (werden geeichet) *Julia, M. et Tepula, quae — venit. Hae tres* etc. Heinr. distinguit: *Una autem earum J. M. T., quae—venit. Hae tres* etc. Hanc quoque syntaxin ego non assequor. Atque oleum et operam perdas, si in C U lectione recte interpretanda desudes: nam corrupta est. In eam igitur discedo sententiam, ut vel mutila iudicem illa *una autem earum Julia,*

limum deponunt. Modus quoque earum mensuris ibidem positis initur. Unantur inde Julia, Marcia et Tepula;

Marcia, Tepula, paucaque inter ea excidisse, ad Juliam Marciamque aquas, priusquam in eosdem arcus a piscinis excipiuntur, pertinentia; vel restituenda illa esse in hunc similemve modum: *Unantur inde* (vel *Uniuntur inde,* vel *Inde iunguntur*) *Julia, M. et Tepula; quarum Tepula, quae—accesserat, nunc—venit. Hae tres* etc. Verba *unare, adunare, coadunare* Frontini aetate non sunt indigna; item *unire.* Fortasse *unantur* pessumdatum est propter similitudinem praecedentis *initur.* Ceteris denique a me mutatis non adversari saltem videntur ea, quae in libris nonnullis leguntur, quorum V F: *Tepula quoque intercepta* (praeterea pro *una* F habet *unaquaeque*). J et rec. (etiam O, opinor): *Marcia quoque, quae Tepula intercepta.*

accipit) Codd. et F: *accepit.*

Hae tres) O: *hae res.* J et rec: *venit et a piscinis.*

Summus in his) i. e. inter hos Pol. ex C U: *Summus his.* V: *Summus is.* Usus dativi loco genitivi apud posteriores scriptores latissime patet. v. Böttich. Lex. Tacit. v. *Dativ.* p. 140 sq. Cort. ad Lucan. Phars. I. 24. Noster Art. 124: *Remedia—his difficultatibus.* Sed edd: *Summus iis,* i. e. *ī is*; atque Paris: *in iis.* Sch: *ex his.*

deinde Marcia) Ita tres codd. et F; quod non mutandum. Intell. deinde Marcia sequitur. Art. 18: *dehinc Marcia.* J et rec. et cum his Pol: *deinde Marciae.* Sch: *denique Marciae.*

Quae ad libram etc.) Sic locum difficilem restituit Pol., postquam in C U invenerat: *quae ad libram . . . . . minalis con* (ego in C video *sco*) . . . . . *ntea* (ego in C: *nte a*) . . . . . *entes ad V. usque p. deveniunt. ibi* (ego in U: *ubi*) *r. emergunt.* et in J (et rec.): *quae ad libram collis Viminalis coniungitur intra . . . . euntes ad V. usque p. dev., ubi* etc. Ex verbis *ibi r. emergunt* concludit, aquas illas prius fuisse mersas, et inde ex ingenio suo, allato etiam Art. 22 *(Rivus Appiae sub Coelio—actus emergit infra clivum P.)*, lacunarum partem explet verbis *infra terram euntes.* Quae ad reliqua stabilienda adferat, lege in Annott. Sch. modo restituit: *quae ad libram cippi terminalis continuatae in terra [ut antea] latentes ad V. usque p. deveniunt [ubi rursus emergunt].* modo: *quae ad libram cellae suae initialis continuatae* (in der Abwage ihrer Eichkammer fortgesetzt) *in terra latentes ad*

quarum Tepula, quae intercepta, sicut supra demonstravimus, rivo Juliae accesserat, nunc a piscina eiusdem Juliae modum accipit ac proprio canali et nomine venit. Hae tres a piscinis in eosdem arcus recipiuntur, Summus in his est Juliae, inferior Tepulae; deinde Marcia. Quae ad libram collis Viminalis coniunctim infra terram euntes ad Viminalem usque portam deveniunt. Ibi rursus emer-

---

Vim etc. Cf. Sch. III. 12. In librorum vestigiis aliud latere videtur. V: *quae ad libram . . . . . minalis con . . . . . intra . . . . . euntes ad V. — ubi rurs. emergit.* F: *quae ad libram collis Viminalis coniungitur intra . . . . . euntes ad V — devenit: ubi rurs. emergit.* Denique Paris.: *quae ad libram collis Viminalis coniunguntur. Intra Urbem euntes ad — V — deveniunt.* de qua lectione cf. Praef.

Prius) V F O: *Prior.* At Art. 20: *Partem—prius in arcus—transfert.* Et infra V O: *ad speciem veterem.*

Coelii) V F: *cast. CCVII mont.* J et rec: *cast. CCLII mont. usibus.* in quibus *Coelii* in numerum abiit.

Pallantianos) hic, Art. 20 et 69 scripsi. v. Pol. et Sch. I. 10. Sch. (I. 6) legit *Plautianos:* de quibus v. ad Art. 5. F O: *Plancianos.*

partem sui etc.) Pol. et posteriores ediderunt: *parte sui—deiicit se per Coelium. Ductus ipsius* etc. At tres codd. *partem.* Praeterea narratio *Marcia in rivum H. deiicit se per Coelium* veritati obluctatur; cum Marcia primum in rivum H. praecipitetur, et cum hoc rivo Coelium praeterfluat portam Capenam versus. Nostra emendatio facillima, certissima. De *partem deiicit* v. Annott. *Ductus*, quod substant. viros doctos adhuc vexavit, factum est particip.

nihil, ut inf.) V F: *nisi ut interior.* C: *nichil — sumministrans.* Rubenius Elect. II. 35 adfert: *nihil, at inferioribus ministrans.*

finitur) Rivus Herc. supra portam Cap. vere finitus est, ipsa autem Marciae aqua per canales fistulasque inde ulterius perducta. Illa eundem in modum relata sunt, atque Art. 20 de Anione Novo, *cuius arcus* primum *finiri post hortos Pall.* dicuntur, tum vero *inde in usum Urbis fistulis distribui.* POL. Rem probe intellexit Polenus, recteque hanc Rubenii l. c. emendationem contra

gunt. Prius tamen pars Juliae, ad Spem Veterem excepta, castellis Coelii montis diffunditur. Marcia autem partem sui post hortos Pallantianos in rivum, qui vocatur Herculaneus, deiicit: is per Coelium ductus, ipsius montis usibus nihil, ut inferior, subministrans, finitur supra portam Capenam.

Anio Novus et Claudia a piscinis in altiores arcus recipiuntur, ita ut superior sit Anio. Finiuntur arcus

---

nonnullorum librorum lectionem *initur* defendit. In eandem sententiam Sch. reddit „die Leitung wird beschlossen (sie geht ein)", bene ad rem, sed, cum *initur* retineat, ad latinitatem pessime. Scilicet in C J: et rec. legitur *initur* (J. *inter*). Quam ob lectionem Fabrettus No. 49 proposuerat *ductus ipsius modus — initur;* quod prius amplexus fuerat etiam Sch. in not. cr. In eundemque sensum Corrad. retineri iubet *ductus—initur,* annotans: „*Iniri* est subduci, corripi, colligi, ut *initur ratio, consilium* apud scriptores optimos: et reapse aqua fistulis collecta in usum Urbis distribuebatur." Quasi *ductus initur* latine dici posset pro „deductio, distributio incipit"! Ego vero Pol. causam probo, cui etiam ex librorum vestigiis nonnihil auctoritatis acquiratur; nam in V F O video *oritur*, in U autem *anitur,* ex quo posteriore Rubenii emendatio optime procedit, si litteram *a* dividis in *u* et priorem ductum tibi paulo prolongatum fingis. Adde quod Art. 99 *acta* corrupte exstat pro *facta.*

et Claudia) V: *in Claud.* Edd: *cum Claud.*

earum) scil. aquarum. Sic Pol. ex C U J. Ex ceteris libris Sch. *eorum;* quippe quod ad superiora *Anio Novus et Claudia* respiciat, mascul. genus requirentia. Praeterea in V F locus faciem habet hanc: *recipiunt* (F: *recipiuntur*): *ita ut superior Anio finitimus arcus eorum praeter hortos plancianos* (V: *pallantianos*) etc. Porro pro *et inde* in F est *est inde;* atque J et rec. omittunt *et.*

diducuntur) Ita C U. Iidem Art. 21 fin. *diducitur.* Utroque loco ceteri libri *deduc.,* item Pol. et posteriores. Art. 23 omnes libri *deducatur;* sed ibi quoque restitui *diduc.,* cum eadem tribus locis obtineat huius verbi significatio dividendi, distribuendi.

ad Spem) O: *ad speciem.* — *Hi directi)* V et edd: *Ji dir.*

montem Coelium) Aut ita ex J et rec. recipiendum, aut ex con-

earum post hortos Pallantianos, et inde in usum Urbis fistulis diducuntur. Partem tamen sui Claudia prius in arcus, qui vocantur Neroniani, ad Spem Veterem transfert. Hi directi per Coelium montem iuxta templum Divi Claudii terminantur. Modum, quem acceperunt, aut circa ipsum montem Coelium, aut in Palatium Aventinumque et regionem Transtiberinam dimittunt.

21 Anio vetus circa IV milliarium infra Novi, quâ a via Latina in Lavicanam itur, arcus traiicit, et ibi piscinam habet. Inde intra II milliarium partem dat in specum, qui vocatur Octavianus, et pervenit in regionem viae Novae ad hortos Asinianos, unde per illum tractum distribuitur. Rectus vero ductus, secundum Spem Veterem veniens intra portam Exquilinam, in altos rivos per Urbem diducitur.

---

iectura addendum *circa hunc ipsum montem.* A ceteris enim libris abest *Coelium.*

regionem transt.) V: *transt. reg.* J et rec: *in transt. reg.*

21 *infra Novi, quâ* etc.) *citra IV m. . . . . a L. in L. inter a tr.: et ipse pisc.* Verba, quae desiderantur, indicaverunt locum, ubi Anio Vetus traiiciebatur inter arcus: qui locus intra vias L. et L. erat citra IV mill. POL. Lege: *circa IV m. intrat in viam, qui a Lat. in L. inter a tr.* CORRAD. (quae recepit Adler). Lego: *circa IV m. intrat in rivum, qui a Latinâ in L. inter a. tr.* Art. 70: *rivo intrat. Inter arcus,* quod vulgo est *per* arcus. Duk. ad Flor. p. 317. *Traiicit* se, exquisite dictum pro transfertur, transit. Primum defluit rivus viâ Latinâ; deinde ab hoc abiens ad Lav. se confert et hanc sequitur. HEINR. Sch. dubitans, quomodo locum conceptae sententiae accommodaret, in text rec. legit: *Anio V. veniens citra IV. m. intra novam viam, quae a L. in L. inter a tr., etiam ibi pisc.* (de nova via sermo hic esse non potest). in not. cr: *Anio V. venit citra IV m., ubi intratur via, quae a L. in L. inter a tr., ipse pisc.* (nulla syntaxi). denique V. 3 legere videtur: *Anio V. citra VI m., ubi intratur via, quae — tr., ibi pisc.* (non spernandâ coniecturâ). Sed inspiciamus libros. C: *Anyo vetus citra quartum miliarium intra novie* (Pol.

Nec Virgo nec Appia nec Alsietina conceptacula, id 22
est piscinas, habent. Arcus Virginis initium habent sub hortis Lucilianis, finiuntur in Campo Martio secundum frontem Septorum. Rivus Appiae, sub Coelio monte et Aventino actus, emergit, ut diximus, infra clivum Publicii. Alsietinae ductus post naumachiam, cuius causa videtur esse factus, finitur.

---

retulit *intratio vie*) *qui a lat. in lav. inter arcus traicit! et ipse pisc.* U: *intra novie: qui a lat. — trahicit et ipse p.* V: *intra no. . . . vie quia a lat. in lavinicanam — traiicit, et ipse p.* F: *intra no . . . . viae quam a lat. in lovibicanam itur arcus traiicit et ipse p.* J et rec: *intra no . . . . viae, qua a lat. in lav. tur, arcus tr. et ipse p.* Quibus librorum vestigiis ductus, medicinam loco facere conatus sum. Quemadmadum Anio Vetus inter Marciae et Claudiae, ita etiam infra Anionis Novi altissimos arcus traiicere debebat.

Rectus vero ductus) V F: *Rectus inductus.*

Sp. veterem) Codd. et F om. *veterem.* J: *speciem vet.*

Exquilinam) Pol. primus edidit *Esquil.*

diducitur) Ita C U, adstipulante Heinr. Ceteri libri *dedu*. v. ad Art. 20.

Alsietina) V: *Alsientina.* 22

conceptacula) Fronto p. 30. Berol. *receptacula;* item in Inscript. Append. ad Forcellin. in v. HEINR. C: *conceptela.* Edd: *conceptelas.* Quod Pol. ex C U vulgavit, *conceptacula,* commendat ut magis latinum Forcellinus in v. *conceptela.*

hortis Lucilianis) v. Annott. — C U: *ortis,* hic et alibi.

frontem Septorum) V F O: *fontem Scipionum.* v. Annott.

emergit) V: *emergitur.* — *Publicii)* F O: *publicum.* v. ad Art. 5.

Alsietinae ductus etc.) Vet. ed. *infra clivum publicum alsietinae, et inde ductus naum.* Florent. vero *infra clivum Publicii alsi, et inde est inductus naum.* Utraque comparata, verisimilior videtur scriptura *infra clivum publicum* (vel *Publicii*) *Alsietinae ductus est in naum.* OPSOP. C: *Alsi. et ine ductus,* i. e. *Alsietinae ductus.* Peius paulo U V: *alsi. et inde eductus est naum.* Amplius inde verba sic deinceps pessumdata sunt. J: *Alsi et inde est inductus naum.* edd. rec: *Alsi et inde eductus est in naum.* F O: *Alsietinae, et inde ductus naum.* Coniunguntur haec cum praeced. *Pu-*

23 Quoniam auctores cuiusque aquae et aetates, praeterea origines et longitudines rivorum et ordinem librae perse-

---

blicii sine interpunctione. Pergitur in V: *nam cum causa videtur factus finiri.* in edd: *nam eius causa videtur esse factus* (om. *finiri*). Ex hac corruptionis quasi historia patet, recte se habere codicis C lectionem. Quemadmodum ex *Alsietina* alia quoque nomina orta sint, docet Bunsen Beschreib. Roms Bd. I. p. 205.

23 *auctores*) U: *auctoris.* V: *Inde auctores.* F om. *Quoniam.*

origines) Libri: *ordines,* praeter V F, qui *ordinem et longitudinem.* Licet *ordo* etiam significet rerum seriem, quas ordine suo a principi. persequimur (cf. Cic. Brut. 4: *explicatis ordinibus temporum*), attamen hoc loco praeferendam duxi Sch. emendationem *origines,* respiciens rerum Art. 3 propositum a Frontino ordinem, unde huc trahe verba: *deinde quibus ex locis et a quoto milliario coepissent.*

pers. sum) F: *sim.*

non alienum mihi videtur) Ita U V et edd., item Paris. Art. 17: *Non alienum mihi visum est.* Noster Strateg. I. 7, 7: *Non alienus, ut arbitror, hic locus est, referendi* cet. Atqui C exhibet hoc aenigma: *non alieniau modi michi vid.* Ex quo Corrad. fecit *alieni autem modi,* quod perperam recepit Adler. Sch. *alienum admodum.* Heinr. *alienum aut immodicum.* Pol. *alieni . . . . . modi,* genuina haec saltem verba ratus. Certe eodem iure dici potest *non alieni modi mihi esse videtur,* quo infra *Sed rationis existimo.* An igitur legendum *alieni nunc* (*nc*) vel *iam* (*ia*) *modi? Ratio* et *modus* saepe promiscue usurpantur; et formulam *rationis est* habes etiam Columell. III. 5.

singula subiicere) C U: *subicere.* In Paris. pro *singula* man. sec. inter lineas *fistulas.* F om. *etiam.*

per quot) V. F. om. *per.*— *diducatur*) Libri *ded.* v. ad Art 20.

intra Urbem) C: *in urbem.* cui applaudit Corrad. Sch: *in urbe.* At centies Frontinus opponit *extra urbem, intra urbem.* Blondus Flavius (l. c. in Annott.) exhibet: *tam intra quam extra urbem.* U om. *quantum intra urbem.*

lacibus) Sic C. v. ad Art. 3.

nomine Caes.) v. ad Art. 78. Blondus Flavius l. c. exhibet: *quantum nunc Caes.* — Totum locum a verbis *et per quot castella* usque ad *erogetur* Sch. spurium iudicat, ut ex Art. 3 repetitum.

cutus sum; non alienum mihi videtur, etiam singula subiicere et ostendere, quanta sit copia, quae publicis privatisque non solum usibus et auxiliis, verum etiam voluptatibus sufficit, et per quot castella quibusque regionibus diducatur, quantum extra Urbem, quantum intra Urbem, et ex eo quantum lacibus, quantum muneribus, quantum operibus publicis, quantum nomine Caesaris, quantum pravatis usibus erogetur.

Sed rationis existimo, priusquam nomina quinariarum, centenariarum et ceterorum modulorum, per quos mensura constituta est, proferamus, et indicare, quae sit eorum origo, quae vires, et quid quaeque appellatio significet, propositaque regula, ad quam ratio eorum et initium computatur, ostendere, qua ratione discrepantia invenerim et quam emendandi viam sim secutus.

Aquarum moduli aut ad digitorum aut ad unciarum 24
mensuram instituti sunt. Digiti in Campania et in ple-

---

nomina quin.) V: *priusquam noquariarum centanarumque.* F: *pr. nonagenarum centenarumque.*

et indicare) et i. e. etiam. V et edd. om. *et.*

quae vires etc.) V F om. *vires.* et pro *quid quaeque* in C est *quidque.* Sch. corrigit: *quae vera sit cuique appellatio quidque significet.*

proposita) V: *praep.*

emendandi) V: *emendatur.* F: *emendaturus.*

Aquarum) V: . . . . . *quarum.*

unciae in pop. rationibus etc.) De hac mea emendatione v. 24 Annott.

sextadecima) V: *XVa.*

uncia) F: *unita.* In V ubique scribitur *untia*; unde corruptionis *unita* origo illustratur.

observatio non est.) C: *observatioe. alius,* quod compendium alias capi solet pro *observatione,* cum hic debeat pro *observatione,* i. e. *observatio n̄ ē,* i. e. *observatio non est.* Nam *n̄* in aliis quoque aliorum scriptorum codicibus exarabatur pro *non,* et *ē* pro *est* Contra alii ceperunt pro *observatio est,* ut legimus in U; alii *n*

risque Italiae locis, unciae in popularibus rationibus adhuc observantur. Est autem digitus, ut convenit, sextadecima pars pedis, uncia duodecima. Quemadmodum autem inter unciam et digitum diversitas, ita et ipsius digiti simplex observatio non est. Alius vocatur quadratus, alius rotundus. Quadratus tribus quartisdecimis suis rotundo maior; rotundus tribus undecimis suis quadrato minor est, scilicet quia anguli deteruntur. Postea modulus, nec ab uncia nec ab alterutro digitorum originem accipiens, inductus, ut quidam putant, ab Agrippa, ut alii, a plumbariis per Vitruvium architectum, in usum Urbis exclusis prioribus venit, appellatus quinario nomine: qui autem Agrippam auctorem faciunt, dicunt, quod quinque antiqui moduli exiles et veluti puncta, quibus olim aqua, cum exigua esset, dividebatur, in unam fistulam coacti sunt; qui Vitruvium et plumbarios, ab eo, quod plumbea lamina plana, quinque digitorum latitudinem habens, circumacta in rotundum, hunc fistulae modum efficiat. Sed hoc incertum est; quoniam, cum circumagitur, sicut

---

ceperunt pro *nam* (id quoque ex librariorum more), unde profecta est V et F lectio: *observatio. Nam alius* (in his enim libris *est* omitti solet, ut iam monuimus). In J et rec. autem utroque *(non* et *nam)* retento excusum est: *observatio non est. Nam alius* etc. En verissima loci historia.

quartisdecimis) C: *quartisdecumis,* et infra *undecumis.*

rotundus) In V F deest sententia: *rotundus—minor est.*

plumbariis) C U: *plumbaris.* In seq. V om. *exclusis prioribus.*

coacti sunt) Leg. *sint.* HEINR. Propter *efficiat,* opinor. Immo *efficiat* scripsit noster, quia ipsa res incerta est.

velut puncta) U J et rec: *veluti.* V F: *ultimi puncta.* Infra V F: *in plumbarios.*

plana etc.*)* V F: *plana quae digitorum lat. hab. circumactam in hunc fistulae modum rot. ef.*

circumagitur) V F: *circum circa agitur.*

quinque quadr.) V F: *quoniam quadr.*

interiore parte attrahitur, ita per illam, quae foras, spectat, extenditur. Maxime probabile est, quinariam dictam a diametro quinque quadrantum; quae ratio in sequentibus quoque modulis usque ad vicenariam durat, diametro per singulos adiectione singulorum quadrantum crescente: ut in senaria, quae sex scilicet quadrantes in diametro habet, et septenaria, quae septem, et deinceps simili incremento usque ad vicenariam.

Omnis autem modulus colligitur aut diametro aut pe- 26
rimetro aut areae mensura; ex quibus et capacitas appa-

---

diametro etc.) V F *durat: diametros habet et septenarios, quae septem, et deinceps* etc. mediis omissis. C: *adiectionem.*

incremento) U; *incrementum.*

aut areae mensura) C: *aud ereae mensurae.* V et edd: *aut ex* 26
recto mensurae. quae orta videtur lectio ex mala scriptura codicis U: *aut erec̃ mensurae.* Praeterea V et edd: *aut a diametro.* Sch. legit: *aut ex diametro et perimetro aut ex areae mensura.* de tribus rationibus non posse sermonem esse asserens; et in text. rec verba *aut perimetro* uncis inclusit. Frustra.

et capac.) V F om. *et.*

differentiam) U V: *differentia.*

ipsius) C: *ipsi,* scil. pro *ipsi*^{i}, l. e. *ipsius.*

ut facilius) Sic C. Recte. U: *et fac.* In ceteris: *ut et fac.*

substantia) Florent. ed. *sub specie.* vet. *specie.* OPSOP. C U: *substantie.* unde in V et rec. transiit *substantiae.* Sed tenendum est, persaepe in utroque illo codice *e* (i. e. *ae*) per negligentiam scribi etiam pro *a* (ut supra *ereae* pro *areae*). J (pro *substantia*) exhibet *sub specie.* et in F pro *utendum est subst.* legitur: *ut et in specie.* in V: *ut. n.* (sic) *substantiae.* De vi vocabuli v. Annott.

modulus et cert.) Libri *modus,* praeter C et J 2, e quibus Pol. *modulus.* V: *est cert.*

et trientem digiti) In V F haec verba et sequentia usque ad *capit quinariae* ad finem huius Art. omittuntur.

et plus quin. octavâ etc.) Pol. vulgavit: *quinariam et plus quam qu. octavam; hoc est, sescunciam quinariae, et scripula tria, et bessem scripuli.* Recte quidem verba *quinariam et,* quae a libris absunt, restituit. Sed ego ex libris (C U J et rec.) ablativum,

ret. Differentiam unciae, digiti quadrati et digiti rotundi et ipsius quinariae ut facilius dinoscamus, utendum est substantia quinariae, qui modulus et certissimus et maxime receptus est. Unciae ergo modulus habet diametri digitum unum et trientem digiti; capit quinariam et plus quinariae octavâ, hoc est sescunciâ quinariae et scripulis tribus et besse scripuli. Digitus quadratus, in rotundum redactus, habet diametri digitum unum et digiti sescunciam, scripulum; capit quinariae dodrantem, sescunciam, sicilicum. Digitus rotundus habet diametri digitum unum; capit quinariae septuncem, semunciam, sextulam.

27 Ceterum moduli, qui a quinaria oriuntur, duobus ge-

---

deleto *quam*, retinendum esse putabam hic et simillimo loco Art. 38. — Praeterea hic et ubique U J et rec. constanter servant formam *scripulum*, cum in ceteris libris sit *scrupulum*.

et digiti sescunciam) Haec verba et quae sequuntur usque ad *capit quinariae* ad finem huius Art. in mea quidem codicis U collatione desunt. Quare admodum miror, quod tamen Polenus dicit, in hoc cod. legi *et digiti sescunciam sextulam*, et postea, totum locum in eo esse depravatum. In C J et rec. locus sic legitur: *sescunciam* (C: *sexcunc.*) *sextum* (J et rec. *sextulam*) *capit quinariae dextantem. Digitus rot.* etc. Sed Poleni emendatio a viris doctis probata est.

27 *Est unum, cum ipsa mult.*) C U: *accipiunt et una cum ipsa multiplicantur*. Jungebant videlicet hanc sententiam cum praecedente, et intelligebant, modulos cum quinaria multiplicari. Haec causa esse videtur, cur in ceteris quoque libris deprehendatur *et una*, verbo tamen singulari numero expresso. *Et unum* emendatio est Poleni, quam vertit „Nämlich erstens." Sed quia deest verbum, quod abesse omnino nequit, edidi *Est unum*, scil. genus. Respice Art. 28: *Alterum genus est*. Atque ita emendatum video etiam ab Heinr.

lumine) F O: *limine*, ut infra *liminis*.

in quibus) Refertur ad *quinarias*. Usitatius *in quo*, qua in re. HEINR. Sch. IV. 12: *in quo*, „da denn".

Est autem fere nunc in usum) Gell. I. 7. s. fin. Sciopp. Susp. Lect. p. 49. Gerlach. ad Sallust. 19. p. 77 sq. HEINR. Ita Pol.

neribus incrementum accipiunt. Est unum, cum ipsa multiplicatur, id est eodem lumine plures quinariae includuntur; in quibus secundum adiectionem quinariarum amplitudo luminis crescit. Est autem fere tunc in usu, cum plures quinariae, iure impetratae aquae ne in viis saepius convulnerentur fistulae, unâ fistulâ accipiuntur in castellum, ex quo singuli suum modum accipiunt. Alterum genus est, quotiens non ad quinariarum necessitatem fistula incrementum capit, sed ad diametri sui mensuram: secundum quod et nomen accipit et capacitatem ampliat. Ut puta quinaria, cum adiectus est ei ad diametrum quadrans, senariam facit: nec iam in solidum capacitatem ampliat; capit enim quinariam unam et quincuncem, sicilicum. Et deinceps eadem ratione quadrantibus diametro adiectis, ut supra dictum est, crescunt septenaria, octonaria, usque ad vicenariam. 28

Subsequitur illa ratio, quae constat ex numero digitorum quadratorum, qui area, id est lumine, cuiusque mo- 29

---

ex J et rec., subaudiens *id inductum in usum.* V F: *in visum.* Tu vero ne dubita, quin in C U recte legatur *in usu.* Tum in U V F videmus *fere tunc;* quod pariter rescripsimus. Intellige: Solet autem hoc unum genus tum adhiberi, quum etc. Sch. legit: *fere idem* (scil. genus) *in usu.* fortasse ex C, in quo exaratur *fere it. cum plures quinariae* etc.) v. Annott.

quin. necess.) V et edd: *quinariam.* C: *necessitate.* 28

sec. quod) i. e. secundum quam rem. Sch. legit *sec. quam,* sc. mensuram.

capacitatem) Codd. et F: *capacitatis.* Mira varietas. At infra: *capacitatem ampliat.* Art. 78: *ampliat modum.*

quinaria) V B et al. rec.: *quinariam.*

adiectus) V F: *deiectus.*

senariam) Sic primus emendavit Sch. Antea *senarium.*

quin. unam et qu.) V et edd: *quinaria unam, quinc.* Ponitur *et* similiter Art. 38: *digitum unum et digiti sescunciam, scripulum.*

lumine) om. U. F: *limine.* 29

continentur) Libri *continetur,* scil. qui numerus. Sed quum se-

duli continentur; a quibus et nomen fistulae accipiunt: nam quae habet areae, id est luminis in rotundum coacti, digitos quadratos viginti quinque, vicenum quinum appellatur: similiter trecenaria, et deinceps per incrementum
30 digitorum quadratorum usque ad centenum vicenum. In vicenaria fistula, quae in confinio utriusque rationis posita est, utraque ratio paene congruit. Nam habet secundum eam computationem, quae in antecedentibus modulis servanda est, in diametro quadrantes viginti, cum diametri eiusdem digiti quinque sint: et secundum eorum modulorum rationem, qui sequuntur ad eam, habet digitorum quadratorum exiguo minus viginti.
31 Ratio fistularum quinariarum usque ad centenum vicenum per omnes modulos ita se habet, ut ostendimus;

---

quatur *a quibus*, scil. digitis, ideoque de digitis agatur, recte Polenum puto scripsisse *continentur*.

a quibus) V F: *alii quibus*. Sch. *a quo*, scil. numero.

et nomen) V: *et n.* (sic). F: *etenim*.

areae, id est lum.) V F: *areae luminis* (F: *lim.*).

quadratorum) V J om.

vicenum) V F: *vicenum: prima a vicenaria fist.*

30 *utraque ratio*) B et al. rec.: *utriusque rationi*.

congruit) V F: *congruunt*.

habet) Tres codd. *habes*. At infra: *habet digit.*

in anteced.) Recte sic emendavit Polenus. U: *intercedentibus*. V: *inter iacentibus*. Edd: *interiacentibus*. Verum C: *in tecedentibus*, i. e. *in antecedentibus*.

serv. est) V: *servantur*. F: *servatur*.

sint) V J: *fuerint*.

exiguo minus vig.) Ita C. In ceteris: *ex ignominiis* XX. vel *ex gnomoniis* XX. quae nihili sunt.

31 *ostendimus*) U: *extend.* V F: *ostendimus in omni genere: et ita constat: scilicet convenit* etc.

omni) V et edd: *in omni*.

utroque) V et edd: *utrique*. mendo manifestissimo: non enim moduli commentariorum praevalent rationi et auctoritati, sed moduli

et omni genere inita constat sibi: convenit et cum his modulis, qui in commentariis invictissimi et piissimi Principis positi et confirmati sunt. Sive itaque ratio sive auctoritas sequenda est, utroque commentariorum moduli praevalent. Sed aquarii cum manifestae rationi in pluribus consentiant, in quattuor modulis novaverunt, duodenaria et vicenaria et centenum vicenum. Et duo- 32
denariae quidem nec magnus error nec usus frequens

---

commentariorum tam ratione quam auctoritate praevalent modulis aliis: ut recte annotat Pol. Cf. Annott.

cum) Codd. et J: *cur. Cum* est „licet:" et in sèqq. subintellige: in quattuor tamen mod.

pluribus) i. e. secundum plures modulos. Suspicor tamen *in pluribus*, sc. modulis. POL. Heinr.: *in pluribus.* Sch.: *in plurimis.* Ad sensum bene V F *plurimum.* Sed quemadmodum *pluribus* saepe significat „pluribus verbis," ita hoc loco fortasse poni cogitabam pro „pluribus numeris," i. e. plerumque.

novaverunt) Art. 34: *exceptis—novaverunt.* Art. 37: *emendatis—novaverant.* Quibus locis libri: *nominaverunt, nominaverant,* praeter C, qui primo et secundo loco *novavunt,* i. e. *novaverunt,* i. e. aliquid novi introduxerunt. Tertio autem loco C integris litteris *novaverant.*

et vicenaria) desunt in V F. Mox U V pergunt: *centenum vicenum et duodenaria quidem.*

duoden.) J et rec.: *Duodenariae* (om. *et*) *quidem quod nec.* 32

usus freq.) U et Pol; *usu.* Sed ceteri libri omnes (etiam Sch. et Heinr.): *usus;* nec aliter ipse Pol. locum describit in notis; ut *usu* in textu Poleni error typographicus esse videatur, quem posteriores editores repetierunt et propagarunt. Sensus: Fistulae duodenariae usus non est frequens. De eadem fistula Art. 44: *In usu non est.* Pergitur in J. et rec.: *frequens est diametro.* V F: *freq. cum diametro.*

semunciam) U V hic et infra constanter *semiuncia.* Sed altera forma etiam aliorum scriptorum antiquissimis codicibus probatur.

quinariae quadr.) Computando sic primus restituit Pol., quum libri omnes praebeant: *quinariae et bessem* (C U; *e besem*). In iisdem pergitur: *Reliquis autem,* omisso *in,* quod de suo addidit Pol., proxima littera *m* absorptum.

est: cuius diametro adiecerunt digiti semunciam, sicilicum, capacitati quinariae quadrantem. In reliquis autem tribus modulis plus deprehenditur. Vicenariam exiguiorem faciunt diametro digiti semisse, capacitate quinariis tribus et semuncia: quo modulo plerumque erogatur. Centenaria autem et centenum vicenum, quibus assidue accipiunt, non minuuntur, sed augentur. Diametro enim centenariae adiiciunt digiti bessem et semunciam, capacitati quinarias decem, semissem, semunciam, sicilicum. Centenum vicenum diametro adiiciunt digitos tres, septuncem, semunciam,
33 capacitati quinarias LXV, dodrantem, sicilicum. Ita, dum

---

capacitate) Nonne: *capacitatem?* HEINR.

minuuntur) C U: *minuunt.* — *adiiciunt*) U: *adiaciunt.*

digiti bessem) C U: *digitibus bese et sem.* Cuius corruptionis causa fuit littera *b* praecedenti vocabulo *digiti* adsuta. V: *trientis besse et sem.*, primis litteris *tr.* obscure expressis. Contra edd. rec. diserte *trientis bessem.* quod unde natum sit, vix dici potest. Ex J F nullam video lectionis varietatem indicatam: ut cum Poleni emendatione facere videantur, quam secutus sum. Praeterea in B et al. rec. locus sic depravatur: *sed augentur nec usu frequens est, diametro adiecerunt trientis b.*, illis *nec usu frequens est* ex initio huius Art. huc transpositis.

quin. decem) F J: *quinariarum.*

centenum vicenum) Libri omnes *centeno viceno.* dativus ob sequens *diametro* per attractionem quandam ortus, apud librarios obviam, qui praeterea haud meminerant, ubique dici non posse nisi *centenúm vicenúm*, de quo ad Art. 29.

adiiciunt) C U: *adiciunt.*

quinarias LXV) Libri: *quinaria* (al. *quinariarum.* al. *quinarias*) *LXVI sextantem.* Poleni emendatio probatur computatione.

33 *quâ*) Libri omnes *quas.* quae corruptela litterae *s* sequentis vocabuli debetur. Infra: *quibus semper accipiunt.*

detrahunt) V: *deter habet: at cent.* F: *deterant.* Reducenda sordes ad C, in quo *detraunt*, omisso *h.* Saepisse haec littera in libris desideratur. Infra U: *exausto* pro *exhausto.* Art. 22 et alibi C U: *ortis* pro *hortis.* Art. 25 C: *adtraitur.* Art. 11 C: *detraeret.* Art. 72 C: *subtrai.* Contra ea aliis locis littera

aut vicenariae, qua subinde erogant, detrahunt, aut centenariae et centenum vicenum adiiciunt, quibus semper accipiunt, intercipiuntur in centenaria quinariae XXV, dextans, sextula, in centenum vicenum quinariae LXXXIV, uncia, sicilicus. Quod cum ratione approbetur, re quoque ipsa manifestum est. Nam pro vicenaria, quam Caesar pro quinariis sedecim assignat, non plus erogant, quam tredecim; et ex centenaria, quam ampliaverunt, aeque certum est, illos non erogare nisi ad artiorem numerum: quia Caesar secundum suos commentarios, cum ex quaque centenaria explevit quinarias LXXXI, semissem, item ex centenum vicenum quinarias XCVII et dodrantem, tamquam exhausto modulo, desinit distribuere.

In summa moduli sunt viginti quinque. Omnes con- 34
sentiunt et rationi et commentariis, exceptis his quattuor,

---

eadem superflua est. Art. 25 et 29 U: *cohacti.* Art. 18 U: *trahiciuntur.* Art. 36 U: *cohartari.* Art. 112 U V: *cohercita.*

quin. XXV) Libri: *viginti septem* (XXVII). et infra: *octoginta sex* (LXXXVI). Sanavit Pol.

Quod cum) V F J: *quae cum.*

sedecim) V et edd: *sexdecim.* et infra *tresdecim.*

assignat) V: *assignant.*

ex cent., quam) Sch. *ex centenaria et centenum vicenum, quas.*

artiorem) Hoc scribendi genus sequitur C; ut Art. 36. 113 et 122 C U *coartari.* V F: *rectiorem.*

quia Caes.) V: *qui.* J et rec: *quem.*

quin. LXXXI, sem.) Libri: *quin. octoginta unam se . . . . . Item.* et infra: *quin. nonaginta octo* (LXXXVIII) *tamquam* etc. Vid. Pol.

exhausto) V F: *angusto.*

viginti quinque) U: *quindecim.* At lege Art. 37. 34

Omnes cons.) Adde *qui omn.* Nisi potius *consentientes.* HEINR.

his quattuor) Libri (praeter C) *iis.* Praeterea in C ubique exaratur *quadtuor.*

novaverunt) Libri *nominaverunt,* praeter C. v. Art. 31.

continentur) C: *continetur.*

et univers.) Sic lego. A libris abest *et.* Sch: *ita etiam univ.* V et edd: *universitatis.*

sextarii) B: *sextariis.* V F: *sestertii.* Iidem omittunt seq. *ad.*

quas aquarii novaverunt. Omnia autem, quae mensura continentur, certa et immobilia congruere sibi debent: ita enim et universitati ratio constabit. Et quemadmodum verbi gratia sextarii ratio ad cyathos, modii vero et ad sextarios et ad cyathos respondent; ita et quinariarum multiplicatio in amplioribus modulis servare consequentiae suae regulam debet: alioquin, cum in erogatorio modulo minus invenitur, in acceptorio plus, appareret non errorem esse sed fraudem.

35 Meminerimus, omnem aquam, quotiens ex altiore loco venit et intra breve spatium in castellum cadit, non tan-

---

modii) V F: *moduli.*

respondent) U: *responderit.*

consequentiae) Libri praeter C: *sequentiae.* v. Annott.

alioquin) J et rec: *alioqui.* Mox U om. *in.*

invenitur) Sch. *inveniatur.*

35 *Meminerimus*) i. e. cogitemus, teneamus. Codd: *memineramus. ex altiore loco*) Libri omnes: *ex . . . . . o venit.* Lacunam Jocundus explevit *ex erogatorio.* itaque locus exstat in B et ed. Argent. [teste Adlero], item apud Baldum in Lex. Vitruviano in v. *Emissarium.* Pithoei libro adscripta coniectura est *ex altiore loco;* quam probat Opsopoeus ob seq.: *quotiens vero ex humiliore,* atque recepit Pol. Sch. autem corrigit *ex excelso loco.* Heinr. comparat Schneid. ad Vitruv. III. p. 137.

intra breve spatium) C U; *intra breves. at cum.* V F: *intra breves, et cum.* J; *intra breves aut cum.* sed in emendationibus Jocundus legit *intra breve spatium.* quod receptum in edd. rec, item a Pol. et posterioribus editoribus. Explica: brevi spatio, i. e. post brevem cursum. De *intra* v. ad Art. 5.

exuberare) i. e. redundare, praeter modum adesse, nimia copia fluere. Cf. Boettich. Lex. Tacit. p. 189. Pol. ex U: *exsuperare.* Sed V et edd: *exuperare,* et C: *exuberare.* quod recte restituit Sch. Cf. Art. 73, ubi libri omnes *exuberare.*

minore) J et rec: *ex min.*

longius) U: *longior.*

segnitia) B et al. rec: *segnitiam.*

tum respondere modulo suo, sed etiam exuberare; quotiens vero ex humiliore, id est minore pressura, longius ducatur, segnitia ductus modum quoque deperdere: ideo secundum hanc rationem aut onerandam esse erogationem aut relevandam.

Sed et calicis positio habet momentum. In rectum et 36
ad libram collocatus, modum servat; ad cursum aquae

---

deperdere) C U: *deperderet.* ex quo Sch. fecit *deperdere, et ideo.* Benc.

aut onerandam etc.) C U: *aut oneranda esse erogatione aut relevanda.* J: *aut oneranda est erogatio aut relevanda.* Interpretor: aut comprimendos minuendosque modulos, ut minor effluat aquae copia; aut relaxandos augendosque, ut maior aquae copia effluere queat. POL. Lego: *aut onerandam esse* (aquam) *erogatione aut relevandam.* HEINR. in quam rationem Sch. vertit: und daher nach diesem Verhältniss in Verausgabung zu belasten oder zu erleichtern sey. V F: *rationem . . . . . aut relevatio* (F: — *onem*). J 2: *aut oneranda esse erogatio aut relevanda.* — B et al. rec. faciunt cum Pol. Melius sane convenire videtur *aquam onerare* (i. e. retardare, hemmen): cui opponitur *relevare* (i. e. erleichtern, den Fluss befördern). At primum ablat. *erogatione* (pro *in erog.*) non placet. Tum vero *onerare aut relevare aquam in erogatione* eodem sensu dici potest, quo *erogationem onerare aut relevare,* quum *erogatio* satis commode explicari liceat „erogatio aquae, *m*odus aquae erogandae." Cf. ad Art. 36.

calicis pos.) *calicis* ex J inseruit Pol. In V F etiam *et* desi- 36
deratur. Praeterea Argent. et B: *oppositio.*

servat) ex sua Joc. ed. dedit Pol., propter sequentia *rapit, sumit.* Sed J cum tribus codd. et F legunt *servavit* (C: *servauj*: quod Corrad. et Sch. mutant in *servabit.* Praeterea in J (Poleni) locus interpretandi studio sic corrumpitur: *si in rectum et ad lib. collocatus est, modum servat.* in J 2 (Schultzii) Argent. et B: *momentum et in rectum et ad lib. collocatus si modum servat.*

ad cursum) V et edd: *et ad.* Pro *amplius* V F *amplitudini.* J: *oppositus devexus.* J (Poleni): *si oppositus devexusque ampl* J 2 (Schultzii) Argent. et B: *si oppositus devexatusque ampl.*

ad latus) B et al rec: *ad latus autem.*

oppositus et devexus, amplius rapit; ad latus praetereuntis aquae conversus et supinus, id est ad haustum pronior, segniter exiguum sumit. Est autem calix modulus aeneus, qui rivo vel castello induitur, huic fistulae applicantur. Longitudo eius habere debet digitos non minus duodecim; lumen, id est capacitatem, quanta imperata fuerit. Excogitatus videtur, quoniam rigor aeris, difficilior ad flexum, non temere potest laxari vel coartari.

37 Formulas modulorum, qui sunt, omnes viginti quinque subieci, quamvis in usu quindecim tantum frequentes

---

id est—pronior.) J (Poleni) B et al. rec: *nec ad h. pronus.* Et sic vulgavit Polenus, scil. non intellecta librorum C U J lectione, cuius auctoritati recte patrocinantur Corrad. et Heinr. V F: *supin. ad angustum pronior.*

segniter exig.) J et rec: *exiguumque.* V F: *signo exiguum.* Ex quibus Sch. finxit: *segne iter exiguumque.* et: *segniorem exitum assumit.* Frustra utrumque. v. Annott.

Est autem cal.) V: *cum aut cal.* F: *cum aut alter modulus.* Totum locum usque ad finem Art. damnat Sch., ut a glossatore profectum.

vel cast.) C: *ut cast.* Quam varietatem ne tanti esse puta. Nimirum etiam infra (*vel coartari*), item Art. 89. 122. 129 aliisque locis non in C solum, sed aliis quoque aliorum scriptorum codicibus, particulam *vel* scriptum deprehendimus per compendium *ul*, superducta per litteram *l* linea circumflexa, quod captum est pro *ut*, cum debeat pro *vl* i. e. vel.

huic fist. applic.) uncis inclusit Heinr. J et rec: *applicatur.* V F: *applicatus.*

id est capacit.) C U: *capacitate.* Sch. III. 21, *lumen* et *capacitatem* differre contendens, legit: *lumen eius capacitatem.*

rigor aeris etc.) v. Annott.

37 *Form. mod.* etc.) Codd. tres: *coartari formulas modulorum* (C: *coartari. Formulas mod.*) *qui sunt omnes XXV subiecti, quamv.* Edd: *coarctari. Formula modulorum qui sunt omnes XXV subiecti, quamv.* Sch. emendat: *Formulas modulorum* [*qui sunt*] *omnium XXV subieci, quamv.* Optime *subieci:* nam aut ita legendum, aut post *locuti sumus* vel *novaverant* omissum esse verbum

sint, directos ad rationem, de qua locuti sumus, emendatis quattuor, quos aquarii novaverant: secundum quam et fistulae omnes, quae opus facient, dirigi debent, aut, si hae fistulae manebunt, ad quinarias, quot capient, computari.

Qui non sunt in usu moduli, in ipsis est annotatum. * * * (38)

---

statuendum est, a quo accus. *formulas* pendeat. In reliquis autem verbis nihil mutandum est, interpunctioni tantum succurrendum. Cf. Annott.

directos ad rat.) v. Annott. C U: *derect.* v. ad Art. 18. Edd. rec: *directa est ad rat.* atque in V F pro praeced. *sint* legitur *sunt.*

novaverant) Libri praeter C: *nominaverant.* v. ad Art. 31.

secundum quam et f.) C U: *sec. quod.* V: *sec. qui et f. omnes opus fac.* Edd: *sec. quam et f. om. opus facientes dirig.* Sch: *sec. quas.* Pol. et Heinr: *quam,* scil. rationem. Recte. Cf. Annott.

quot capient) Editores post Pol: *quas cap.* At C: *quod cap.* U: *quod capientur.* V: *quo imputari capietur.* F J: *quo computus capietur.* edd. rec: *quo* (B: *quot*) *capitur computari.* Sch. emendavit *quot cap.* „so viele sie deren fassen werden." Bene. Quae ad constitutam rationem non dirigentur, debent computari ad quinariarum tantum numerum, quantum capient.

Qui non sunt—annotatum) Qui sequitur locus, in libris faciem prae se fert hanc: *annotatum et* (C: *adnotatum. Et*) *diametri trientem digitum dici* (V et edd: *dico*) *quam quinariae sescuncia et scrupulis* (C J: *scrip.*) *tribus et besse scrupuli. Digitus* (V F: *et digitus*) *quadratus in latitudine et longitudine* (J et rec: *in long. et lat.*) *aequalis est. Digitus quadratus in rotundum redactus, habet diametri digitum unum et digiti sescunciam capit quinariae* (J et rec: *sescunciam, sextulam. Capit quinariae dextantem*). *Digitus rotundus habet diametri digitum unum. capit quinariae septuncem et semiunciam sextam* (J et rec: *sept. semunciam, sextulam*). In V F omittuntur: *in longitudine et latitudine aequalis est. Digitus quadratus.* in iisdem desunt verba *et digiti sescuncia* usque ad *capit quinariae septuncem.* Pol. edidit: *annotatum, et . . . . . diametri digitum unum et trientem* etc. pergens cum verbis Art. 26 sequentibus, quae accurate usque ad illius Art.

39 Fistula quinaria diametri digitum unum, quadrantem; perimetri digitos tres, deuncem, scripula tria: capit quinariam unam.

40 Fistula senaria diametri digitum unum, semissem; perimetri digitos quattuor, bessem, semunciam, scripulum: capit quinariam unam, quincuncem, sicilicum.

41 Fistula septenaria diametri digitum unum, dodrantem; perimetri digitos quinque, semissem; capit quinariam unam, deuncem, semunciam. In usu non est.

42 Fistula octonaria diametri digitos duos; perimetri digitos sex, quadrantem, duellam; capit quinarias duas, semissem, semunciam, sicilicum.

43 Fistula denaria diametri digitos duos et semissem; perimetri digitos septem, dextantem, sicilicum: capit quinarias quattuor.

44 Fistula duodenaria diametri digitos tres; perimetri digitos novem, quincuncem, scripula duo: capit quinarias quinque, dodrantem. In usu non est. Apud aquarios habebat diametri digitos tres, semunciam, sicilicum; capacitatis quinarias sex.

45 Fistula quinum denum diametri digitos tres; dodrantem; perimetri digitos undecim, dodrantem, duellam: capit quinarias novem,

46 Fistula vicenaria diametri digitos quinque; perimetri digitos quindecim, bessem, semunciam: capit quinarias sedecim. Apud aquarios habebat diametri digitos quattuor, semissem; capacitatis quinarias duodecim, deuncem, semunciam.

---

finem huc transscripsit. Sch. cuncta, quae post *annotatum* sequuntur, spuria iudicavit, a sciolo ea ex Art. 26 huc translata esse existimans. Aliquid tamen deesse, vel ex eo apparet, quod Art. 39 desideramus verbum *habet:* unde conicias, aliquid ibi periisse rationis, in qua verbum illud locum habuerit.

Fistula vicenum quinum diametri digitos quinque, 47
septuncem, semunciam, sextulam, scripulum; perimetri digitos septemdecim, bessem, semunciam, sicilicum: capit quinarias viginti, trientem, semunciam. In usu non est.

Fistula tricenaria diametri digitos sex, sextantem, sex- 48
tulam; perimetri digitos undeviginti, quincuncem: capit quinarias viginti quattuor, quincuncem, duellam.

Fistula tricenum quinum diametri digitos sex, bessem, 49
scripula tria; perimetri digitos viginti, deuncem, semunciam, sicilicum: capit quinarias duodetriginta, semissem, sicilicum. In usu non est.

Fistula quadragenaria diametri digitos septem, se- 50
scunciam, sextulam; perimetri digitos viginti duo, quincuncem: capit quinarias viginti duas, septuncem, sextulam.

Fistula quadragenum quinum diametri digitos septem, 51
semissem, semunciam, duellam; perimetri digitos viginti tres, dodrantem, duellam: capit quinarias triginta sex, bessem. In usu non est.

Fistula quinquagenaria diametri digitos septem, de- 52
uncem, semunciam, sicilicum; perimetri digitos viginti quinque, semunciam, sicilicum: capit quinarias quadraginta, dodrantem.

Fistula quinquagenum quinum diametri digitos octo, 53
trientem, sicilicum, sextulam; perimetri digitos viginti sex, quadrantem, semunciam: capit quinarias quadraginta quattuor, dodrantem, semunciam, duellam. In usu non est.

Fistula sexagenaria diametri digitos octo, bessem, sem- 54
unciam, duellam, scripulum; perimetri digitos viginti septem, quincuncem, semunciam: capit quinarias quadraginta duo, dextantem, semunciam, sextulam.

Fistula sexagenum quinum diametri digitos novem, 55
unciam, sextulam: perimetri duodetriginta, semunciam,

sicilicum, sextulam: capit quinarias quinquaginta duas, deuncem, semunciam. In usu non est.

56 Fistula septuagenaria digitos novem, quincuncem, duellam; perimetri digitos undetriginta, bessem: capit quinarias quinquaginta septem, semunciam.

57 Fistula septuagenum quinum diametri digitos novem, dodrantem, sicilicum; perimetri digitos triginta, bessem, duellam: capit quinarias sexaginta unam, unciam, duellam. In usu non est.

58 Fistula octogenaria diametri digitos decem, semunciam, duellam, sicilicum; perimetri digitos triginta unum, bessem, duellam: capit quinarias sexaginta quinque, sextantem, sicilicum.

59 Fistula octogenum quinum diametri digitos decem, trientem, semunciam, duellam; perimetri digitos triginta duo, bessem, sextulam: capit quinarias undeseptuaginta, quadrantem, sextulam. In usu non est.

60 Fistula nonagenaria diametri digitos decem, bessem, duellam, scripula tria; perimetri digitos triginta tres, septuncem, duellam, sicilicum: capit quinarias septuaginta tres, trientem.

61 Fistula nonagenum quinum diametri digitos undecim; perimetri digitos triginta quattuor, semissem, semunciam, sextulam: capit quinarias septuaginta septem, quincuncem. In usu non est.

62 Fistula centenaria diametri digitos undecim, quadrantem, sicilicum, sextulam; perimetri digitos triginta quinque, quincuncem, sicilicum, sextulam; capit quinarias octoginta unam, quincuncem, semunciam, duellam. Apud aquarios habebat diametri digitos undecim, deuncem, semunciam, sicilicum, sextulam; capacitatis quinarias nonaginta duas, duellam, sicilicum.

63 Fistula centenum vicenum diametri digitos duodecim, trientem, duellam; perimetri digitos duodequadraginta, dextantem: capit quinarias nonaginta septem, dodrantem,

sicilicum, sextulam. Apud aquarios habebat diametri digitos quindecim, deuncem, semunciam, duellam; capacitatis quinarias centum sexaginta tres, semissem, semunciam, sextulam: qui modus duarum centenariarum est.

Persecutus ea, quae de modulis dici fuit necessa- 64
rium. nunc ponam, quem modum quaeque aqua, ut Prin-

---

quem modum) Emendatio est Poleni. Libri *quemadmodum.* 64

quaeque aqua, ut) Sic Pol. ex C. In ceteris libris: *quaeque aquarum Princ.* Unde Sch: *quem modum quaeque aquarum, Pr. com. comp., usque* etc. Opsop. coniicit: *aquarum Pr. com. comprehensarum.* Satius visum est sequi Pol.; nam C diserte habet: *quaeque aqua ū*, i. e. *aqua ut*, quod vocabulum *ut* persaepe in hoc cod. eodem compendio scribitur. Mirum non est, alios librarios hoc cepisse pro *aquarum.* Praeterea VF: *comprehensum principium com.* O J et rec: *principium com. compreh.* Solus U servavit *est.*

visa) V F: *iussa.*

quantumque) Ita C. In U V: *quamtumcunque.* Edd: *quantum quaeque.*

deinde quem) Ita C. Intell. modum. Ceteri libri *quae.*

Nervae Princ.) Hoc ordine C U. Cf. Art. 88. Ceteri libri *Princ. Nervae.* Praeterea V F: *providi diligentissimi — invenimus.*

Fuere) V et edd: *Fuerunt.*

XII.DCCLV) F: *MMDCCLV.* Qui sequitur numerus deprehenditur etiam Art. 78 et 79.

in accepto) C U. om. *in.*

computabatur quinariis) Ita scripsi ex tribus codd. Etiam F: *computabatur.* Intelligas velim: plus computabatur quinariis, i. e. quinariae, quae erant in erogatione, numerum quinariarum, in commentariis descriptarum, superabant quinariis MCCLXIII. Cf. Art. 65: *amplius quinariis; minus quinariis;* et sic saepe. Ex J et rec. Pol. vulgavit: *computabantur quinariae.*

praecip. off. opus) V F: *principium officii in explor.*

atque copia) Sch. corrigit *copiae.* Immo iunge modo: in exploranda fide aquarum atque in exploranda copia aquarum. Diiunxit Frontinus, obvio Romanorum more, duas has sententias, licet rem poterat comprehendere hac una: in exploranda fide copiae aquarum.

crederem) F: *traderem.*

quam) C: *qua;* scil. pro *quā.* V F: *quasi.*

cipum commentariis comprehensum est, usque ad nostram curam habere visa sit quantumque erogaverit; deinde quem ipsi scrupulosa inquisitione, praeeunte providentia optimi diligentissimique Nervae Principis, invenerimus. Fuere ergo in commentariis in universo quinariae XII.DCCLV, in erogatione XIV.XVIII, plus in distributione quam in accepto computabatur quinariis MCCLXIII. Huius rei admiratio, cum praecipuum officii opus in exploranda fide aquarum atque copia crederem, non mediocriter me convertit ad scrutandum, quemadmodum amplius erogaretur, quam in patrimonio, ut ita dicam, esset. Ante omnia itaque capita ductuum metiri aggressus sum; sed longe, id est circiter quinariarum decem millibus, ampliorem quam in commentariis modum inveni, ut per singulas demonstrabo.

65 Appiae in commentariis adscriptus est modus quinariarum DCCCXLI. Cuius quidem ad caput inveniri

---

ut) C: *aut*. Non mirum, quum *ut* scriberetur *u̅*, *aut autem au. itaque*) V F: *ita*. — *aggressus*) U: *egressus*. *quam*) V: *quasi*. — *modum*) F: *numerum*. V: *omne*.

65 *DCCCXLI. Cuius quidem*) Pol. dedit: *DCCCXLI. Ad caput*. Sed libri omnes: *DCCC uniuscuiusque ad cap.*; et in U interpungitur: *DCCC. Uniuscuiusque ad cap.*, ut legi iubet Corrad., interpretans: Incipiens a capite Appiae usque ad calcem, uniuscuiusque (quinariae) mensura inveniri non potuit, quoniam (Appia) ex duobus rivis constat. Secutus sum Sch. Respice universa: ad caput *quidem* mensura inveniri non potuit; ad Gemellas *tamen* inveni altitudinem etc.

inveniri mens.) Sch. corrigit *iniri*. Certe Art. 69: *mensura inveniri non potuit*. eademque ratione Art. 19. 66. 67: *inire modum*. Art. 104: *inire numerum*. Attamen etiam *mensura inveniri* legimus Art. 70. 71. 73, sine ulla lectionis varietate.

qui locus—Veterem) Uncis haec inclusit Sch., ut ex Art. 5 repetita. Nardinus Rom. Vet. VII. 4 corrigit: *intra Anienem Veterem*. v. Pol. In V J om. *est*.

Gemellas) C F, item infra C U: *Gemellos*.

mensura non potuit, quoniam ex duobus rivis constat. Ad Gemellas tamen, qui locus est inter Spem Veterem, ubi iungitur cum ramo Augustae, inveni altitudinem aquae pedum quinque, latitudinem pedis unius, dodrantis: fiunt areae pedes octo, dodrans: centenariae viginti duae et quadragenaria; quae efficiunt quinarias MDCCCXXV, amplius, quam in commentariis habet, quinariis DCCCCLXXXIV. Erogabat quinarias DCCIV, minus, quam in commentariis adscribitur, quinariis CXXXVII,

---

pedum) Ita Sch. Libri *pedes*. Sequitur in V: *lat. aquae pedis dodrantis*. F: *lat. aquae dodrantis*. J et rec: *lat. aquae pedis unius et dodrantis*. Infra B: *octo et dodrans*.

in com. habet) scil. Appia. Emendatio est Schultzii. Profecto Art. 69: *amplius quam in com. habet*. Art. 72: *in com. habet non plus*. Libri *habent*. Atqui C U: *quam commentariis habent*, omisso *in*. Unde legendum videtur: *quam commentarii habent*.

DCCCCLXXXIV) Libri (praeter C): — *LXXXIII*.

adhuc) V F: *ad haec*.

qui, cum sit dep.) C: *per* (*p*, subnotata linea transversa, per errorem pro *q*, subnotata eadem linea, i. e. *qui*) *quam sit depressio*. U V: *qui quam sit depressio*.

manationes) V F: *manationem*.

quas esse ex eo app.) C U: *quas ei se ex eo app*. V: *qua ei se esse ex eo*. F: *quam ei inesse ex eo*. J et rec; *quas ei inesse ex eo*. Antiquissimorum librorum negligens scriptura *ei se* pro *esse* posteriores librarios transversos egit.

perdita aqua) Codd. et F: *probata*. J et rec: *praebita*. De mea emendatione v. Annott.

id est quae) Codd. et F: *id quod*. J et rec: *idque quod*. De mea emendatione disputo in Annott. sub voc. *praebita*. Praeterea V: *manasse sed et*. F: *manasse et*. Atque in utroque deest sequens *fistulas*.

illicitas) Libri (praeter C) *inventas*. Art. 88: *qui timidi illicitam aquam ducebant*.

quae fit infra terram) In C legi videtur: *quam sit ius tra terram*. U: *quam sit vis terram*. J (et rec.): *quae fit cis terram*. Malui tamen propius accedere ad litteras codicis C et ponere *infra*

et adhuc minus, quam ad Gemellas mensura respondet, quinariis MCXXI. Intercidit tamen aliquantum e ductus vitio, qui, cum sit depressior, non facile manationes ostendit, quas esse ex eo apparet, quod in plerisque Urbis partibus perdita aqua observatur, id est quae ex ea manat. Sed et quasdam fistulas intra Urbem illicitas deprehendimus. Extra Urbem autem propter pressuram librae, quam vidi infra terram ad caput pedibus quinquaginta, nullam accepit iniuriam.

66 Anioni Veteri adscriptus est modus in commentariis quinariarum MCCCCXLI. Ad caput inveni $\overline{IV}$.CCCLXXXXVIII, praeter eum modum, qui in proprium ductum Tiburtium derivatur; amplius, quam in commentariis est, quinariis $\overline{II}$.DCCCCLVII. Erogabantur, antequam ad piscinam veniret, quinariae CCLXII: modus in piscina, qui per mensuras positas initur, efficit quinarias $\overline{II}$.CCCLXII: intercidebant ergo inter caput et

---

potius quam *cis:* nam Art. 18 Frontinus scripserat: *veteres ex industria infra terram aquas mergebant. Cis* rei non convenit. POL. Corrad. legi iubet: *quam agit vis intra terram.* Sch: *quam inveni scilicet infra terram* („die ich, nämlich unter der Erde bei der Fassung, auf 50 Fuss gefunden habe"). Mei oculi in C vident: *quā* (i. e. *quam*) *sit ins* (vel *inf.*) *t²ra terram.* V: *quam fit ins* (vel *inf*) *terram.* F: *quam fit cis terram.* In C *t²ra* plene est *terram* temere repetitum; puncta illi *in* subscripta sunt delendi signa, ita ut etiam illius fragmenti nihil sit reliquum. Utroque tamen retento et in unum conglutinato, detegas vocabulum *infra:* quod, cum rei perquam sit accommodatum, reponere cum Pol. statuebam, totumque locum partim ex codd. partim ex coniectura scribere: *quam vidi infra terram.*

accepit in.) V: *accipit.* J et rec: *accipit iniuriam, sicut inveni.* V F et ed. pr: *sicut inveni quattuor millia:* lacinia, monente Schultzio, e sequenti Art. (*ad caput inveni quattuor millia*) miro casu a librario hic assuta.

66 *MCCCCXLI*) V F: — *XXLV* (F: — *XXLI*) *ad cal* .....

piscinam quinariae MDCCLXXIV. Erogabat post piscinam quinarias MCCCXXXXVIII: amplius, quam in commentariis conceptionis modum significari diximus, quinariis CLXIX: minus, quam recipi in ductum post piscinam posuimus, quinariis MXIV. Summa, quae inter caput et piscinam et post piscinam intercidebat, quinariarum II.DCCLXXXVIII: quod errore mensurae fieri suspicarer, nisi invenissem, ubi averterentur.

Marciae in commentariis adscriptus est modus quinariarum II.CLXII. Ad caput mensus inveni quinarias 67

CCCXXXVIII. J et rec: — *XXI.* Sch: *MDXLI.* — *Tiburtium*) V et edd: *Tiburtinum.*

amplius quam) J: *amplius et in com.* B: *amplius in com.* De sequentibus *in com. est* cf. Annott.

II.DCCCLVII) Ita Pol. C U et J (Poleni): — *DCCCLVII.* V F: — *DCCLVII.* J: *duobus millibus erogab.* B: *duobus millibus quae erogab.* Sch. sequitur C U.

Erogabantur) Ita ex J et rec. Pol. Tres codd. et F: *Erogantur* (U: *erogatur*). cui lectioni favet Sch., perperam, ob seq. *veniret.* Cf. Art. 67: *Erogabantur antequam ad piscinam pervenirent.*

CCLXII) Haec usque ad *MDCCLXXIV. Erogabat* in V F desunt.

qui per) J et rec: *quae.*

post pisc.) V F: *praeter pisc.*

CLXIX) Emendatio est Poleni. Sch. cum libris omnibus: *LXIX.*

potest, ut iam posuimus) Sic emendavimus ex C lectione: *in ductum p' iis ei nam posuimus.* ut est etiam in U, nisi quod pro *p* habet *post.* POL. Vestigia codicis C ego video haec: *in ductum p' usu. na possum.* U habet: *post iis ei nam posuimus.* Quorum vestigiis egregie convenit Schultzii emendatio: *post piscinam posuimus.* Nam *p'* in C est *post.* Art. 68: *p' piscinam.* Art. 72: *p' tot iniurias.* Art. 69: *p' hortos Pallant.* et alibi pro *post.*

averterentur) J et rec: *averterentur mille CLXII.* V F et ed. pr: *averterentur* (V: *advert.*) *milium CLXII. ad caput mensus inveni quinarias.* Scilicet translata haec ex initio Art. seq.

II.DXXVIII) V F om. *D.* 67

item Anioni quin. CLXIV) Uncis haec inclusit Sch., qui totius

IV.DCLXXXX: amplius, quam in commentariis est, quinariis IIDXXVIII. Erogabantur, antequam ad piscinam perveniret, quinariae LXXXXV; et dabantur in adiutorium Tepulae quinariae LXXXXII; item Anioni quinariae CLXIV: summa, quae erogabatur ante piscinam, quinariarum CCCLI. Modus, qui in piscina mensuris positis initur, idem cum eo, qui circa piscinam [ductum eodem canali] in arcus excipitur, efficit quinarias IIDCCCCXLIV. Summa, quae aut erogatur ante piscinam, aut quae in arcus recipitur, quinariarum III.CCLXXXXV: amplius, quam in conceptis commentariorum positum est, quinariis MCXXXIII; minus, quam

---

hulus Art. genuina censet haec tantum: *Marciae in com. adscriptus est modus quin. IIDCLXII. Ad caput mensus inveni quin. IVDCXC. Erogabantur antequam in piscinam perveniret quin. XCV. Modus, qui in piscina mensuris positis initur, efficit quin. IIDCCCCXLIV. Erogabat post piscinam quin. MDCCXL; minus, quam ex piscina in arcus recipiuntur quin. MCIV.* et quae sequuntur. Media uncis inclusit et vernacula reddere omisit.

summa) C: *summam.*

CCCLI) Sch: *CLXXXVII.* V: *CCCLXI.*

in piscina) J et rec: *in piscinam.*

cum eo, qui etc.) De corrupto loco adi Annott.

aut quae in arcus recip.) C: *aut quinarias arcuo* (non *arcus*, ut refert Pol.) *recip.* U: *quae aut erogatur aut piscinam, aut quinarias arcuo recipitur, quin. tria milia. X. CCXCV.* V: *quae autem erogatur ante piscinam ut quinarias arcus recipitur qu. IV milia XCCXCb.* F: *Summa autem quae erog. ante pisc. in quinarias arcu recipitur quin. IV mil. XCC. XCV.* J et rec: *aut in arcu recipitur.* Schultzio codicum lectio *quinarias arcus* videtur esse *quae in Marciae arcus.* secutus sum Poleni emendationem.

in conceptis com.) Idem dicendi genus Art. 73; ubi tamen edd. *conceptolis.* quod utroque loco praetulit Sch. Nova vox non admittenda, immo mss. auctoritati insistendum. Cf. Annott.

positum est) V F: *compositum quinariis.*

mensurae ad caput actae efficiunt, quinariis MCCCXCV. Erogabat post piscinam quinarias MDCCCXL: minus, quam in commentariis conceptionis modum significari diximus, quinariis CCXXVII; minus, quam ex piscina in arcus recipiuntur, quinariis MCIV. Summa utraque, quae intercidebat aut inter caput et piscinam aut post piscinam, quinariarum $\bar{\text{I}}\text{I}$.CCCCXCIX: quas, sicut in ceteris, pluribus locis intercipi deprehendimus. Non enim eas cessare, manifestum et ex hoc est, quod ad caput praeter eam mensuram, quam comprehendisse nos capacitate ductus posuimus, effunduntur amplius CCC quinariis.

MCXXXIII) Sch: *DCCCCLXIX.* B et al. rec: *MCXXIII.* Idem Sch. pro seq. numero legit: *MDLIX.*

conc. modum) *Modum* addidit Sch., quum a libris absit. Cf. Annott.

CCXX$\bar{\text{V}}$II) V F: *CCXXIIII.* Sch: *CXXXV.*

intercidebat) Tres codd. et F: *intercedebat.* J et rec: *intercidebant.*

aut post) V F: *aut praeter.*

$\bar{\text{I}}\text{I}$CCCCXCIX) Sic correxit Pol. C U: *duo milia quingentae.* V: *duo milia . . . . . d quas.* F: *duo milia. CL. sicut.* J et rec: *duum millium quingentarum.* Sch: *$\bar{\text{I}}\text{I}$.DCLIII.*

sicut in ceteris) Sch: *scilicet in transitus pluribus locis,* „nämlich an mehreren Stellen, wo sie durchkommt."

eas cess.) Codd: *eos.* v. Annott.

et ex hoc est, quod) *et* i. e. etiam. Sic legendum putavi ex codd: *et ex hoc eo quod eaput.* et ex edd: *etiam ex hoc eo* (F: *est*) *quod e capite.* Corrad. proponit: *et ex hoc eo, quod.* Sch: *et ex hoc et ex eo quod.*

praeter eam) In C non est: *p tantam,* litterae *p* subnotata linea transversa, ut Pol. retulit, sed: *p tam,*

comp. nos) V et edd: *nos comp.*

CCC quin.) V F: *CCC quinariae harum CCC tarum. hae aquae fontes nulli sunt venis quibusdam constabat* (F: *constabant*), *quae intersunt.* Scilicet translata haec ex Art. seq.

68 Tepulae in commentariis adscriptus est modus quinariarum CCCC. Huius aquae fontes nulli sunt: venis quibusdam constabat, quae interceptae sunt in Julia. Caput ergo eius observandum est a piscina Juliae: ex ea enim primum accipit quinarias CXC; deinde statim ex Marcia quinarias XCII; praeterea ex Anione Novo ad hortos Epaphroditianos quinarias CLXIII. Fiunt omnes quinariae CCCCXLV; amplius, quam in commentariis, quinariis XLV, quae in erogatione comparent.

69 Juliae in commentariis adscriptus est modus quinariarum DCXLIX. Ad caput mensura iniri non potuit,

---

68 *adscriptus est mod.* etc.) V F: *ascriptus modus quinarii in Julia capit ergo* (F: *caput ego*) *eum observavit* (F: *observavi*) a *piscina Juliae.*

interceptae sunt) v. Art. 9. U: *inter . . . . . sunt.* e quo in V F transiit *intersunt.*

statim) v. Annott.

Epaphrod.) V F: *Epaphrodianos.* Consulatur de his hortis Sch. I. 18.

quae in erog. comp.) U: *quadraginta quinque in erogantur, nec comp.* V et edd: *quae inde erogantur nec comp.* Sed C: *quem* (i. q. *que in, quae in*) *erogat²ne comp.* Scilicet librarii in suo quisque exemplari signum illud expediebant *erogatur ne,* cum procul dubio intelligendum esset *erogatne* i. e. *erogatione.* In cuius sigli permutatione causa quaerenda est, cur tot scriptorum locis syllabae *tio, tur* (etiam *tor*) ob compendii similitudinem mutent. — Verbo *comparent* in V F statim adnectuntur ex seq. Art.: *est modus quinariarum,* et q. seq.: atque illa *Juliae in com. adscript.* interiiciuntur inter duo verba *pluribus acquisitionibus.*

69 *sed ad VI)* C: *set . . . . . sextum.* U: *sed . . . . sextum.* V F: *ei sextum.* J et rec: *et ad sextum.* Corrad. legit: *sed propius ad VI.*

DLVII) J et rec: *DLIII.*

prope Urbem) V F om. *Urbem.* Sch. II. 7: *propius.*

CCCXLIV) J et rec: *CCCXLIII.*

CCXIII) J et rec: *CXXIII.* Sch: *quam in conceptis habere posuimus CCCLXXV.*

quoniam ex pluribus acquisitionibus constat; sed ad VI ab Urbe milliarium universa in piscinam recipitur, ubi modus eius manifestis mensuris efficit quinarias MCCVI: amplius, quam in commentariis, quinariis DLVII. Praeterea accepit prope Urbem post hortos Pallantianos ex Claudia quinarias CLXII. Est omne Juliae in acceptis quinariae MCCCLXVIII. Ex eo dat in Tepulam quinarias CXC; erogat suo nomine DCCCIII. Fiunt, quas erogat, quinariae DCCCCXCIII: amplius, quam in commentariis habet, quinariis CCCXLIV; minus, quam in piscina habere posuimus, CCXIII: quas ipsas apud eos, qui sine beneficiis Principis usurpabant, deprehendimus.

Virgini in commentariis adscriptus est modus quinariarum DCCLII minus. Mensura ad caput inveniri non 70

Virgini) V F J: *Virginis.* 70

DCCLII minus) Sic computando restituit Pol., explicans: quinariarum non perfecte 752, sed tantillum deficientium. Libri omnes: *DCLII.* quod retinuit Sch.

Mensura — inveniri) U: *mensuram.* C: *mensuram—invenire.*

lenior rivo) Ex J et rec. Pol. dedit *leniore rivo.* At V F: *leni rivo* (om. *et*). U: *levior rivo.* denique C: *lenyorrivo*, i. e. *lenior rivo.* quod verum iudico. De *intrare* seq. dativo disputavi in Obss. ad Hirt. B. Alex. 14 (Programm des Gymnasii zu Emmerich J. 1836.)

ad mill. II) Libri: VII. v. Annott.

in agro) V et edd: *in agrum.* scil. iungebant: intrat prope Urbem in agrum. Supra in iisdem om. *tamen.*

Cejonii) C: *Celonii.* U J et rec: *Ceroni.* V F O: *qui nunc Beron cognominatur.* Jam Pithoei libro adscripta erat coniectura *Cejonii*, et recte hoc recepit Pol. ex C, in quo dumtaxat litterae J et L, ut fit in mss. (cf. Gronov. Obss. III. 9), commutantur. Cf. Annott.

velociorem curs.) Ita libri, praeter C, in quo, Poleno referente, inseritur: *vel. sani curs.*: ex quo Pol. fecit *sane;* improbante Sch., legente *suum.* Ego in mea collatione vestigia codicis C religiose expressa video in hunc modum, ut vocabulum exeat obscurum, si-

potuit, quoniam ex pluribus acquisitionibus constat et lenior rivo intrat. Prope Urbem tamen ad milliarium II in agro, qui nunc est Cejonii Commodi, ubi velociorem cursum habet, mensuram egi, quae efficit quinarias II.DIV: amplius, quam in commentariis, quinariis MDCCLII. Omnibus approbatio nostra expeditissima est: erogat enim omnes, quas mensura deprehendimus, id est II.DIV.

71 Alsietinae conceptionis modus nec in commentariis adscriptus est, nec in re praesenti certus inveniri potuit; cum ex lacu Alsietino et deinde circa Careias ex Saba-

---

mile tamen vocabulo *sam:* quo quid faciendum sit melius, quam Pol. fecit, non intelligo.

egi) F J: *adegi,* i. e. adhibui. Quod defendi quidem ex lingua latina potest, sed cf. Annott.

Omnibus approb.) C: *mile octingentis quinquaginta . . . . . mbus adprob.* U: *mile DCCCL . . . . . nibus adprob.* Sic manifeste uterque cod., non . . . . *tribus,* ut Pol. retulit. V: *quin. DCXL . . . . . nibus approb.* F: *quin. DCXL. Omnibus approb.* J et rec: *MDCCLII. Omnibus approb.*

erogat) Edd: *erogant.* Eaedem infra: *depreh. ad duo mil.*

71 *Als. conceptionis*) C: *conceptioni.* V: *Rationis . . . . . modus.* F: *Rationis modus.*

inveniri) Sch: *iniri.* v. ad Art. 65.

Careias ex Sab.) C: *Careias ex Abatino.* U: *Careas ex Abatino.* J et rec: *Careas ex Sab.* V: *ex lacu Alsientino et deinde Alsientinae concipit CCtus Careas ex abatino.* V: *ex l. Alsietino. CCCL. Alsietinae concipit. CCC. oreas. Ex Sabatino.* Vocabulum *circa* in V F fere semper in numeri *CC* speciem depravatur. Sch. (V. 8.) verba *et deinde circa Careias ex Sabatino* glossatoris esse censet, legitque: *cum ex lacu Als. accipiat, quantum* etc.

accipiat, quantum) Verbum *accipiat* libri ignorant. Sed non integra sententia est; quare Pol. supplevit: *qu. aq. temp., habeat. Als.,* scilicet ex V et edd., in quibus est: *qu. aq. temp. habet. non plus quinariis duobus millibus.* Verum ista *habet—millibus* nihili hic sunt, translata quippe ex initio Art. seq. Sch. inseruit *accipiat,* ut supra audivimus. Certe restituendum aliquod verbum, a coniunctione *cum* pendens, vel post *temperaverunt,* vel post *ex Sa-*

tino accipiat, quantum aquarii temperaverunt. Alsietina erogat quinarias CCCXCII.

Claudia, abundantior aliis, maxime iniuriae exposita 72
est. In commentariis habet non plus quinariis $\overline{\text{II}}$.DCCCLV;

---

batino. Quae supplevere Pol. et Sch., sententiae quidem sufficiunt; sed quum in V F reperiatur *concipit* (v. supra), et verbum a Frontini manu profectum investigare divini sit ingenii, Sch. sequi visum est.

Alsietinq etc.*)* U haec postrema verba om.

Claudia) Libri (praeter C) *Claudiae.* 72

maxime iniuriae) J: *maximae,* probante Sch. U: *in iure.* V: *in iure exposito in com. DCCC. Ro. cum ad cap. invenerit quin.* F: *in iure exposito in com. DCC. tarum ad cap. invenitur quin.*

quam in com.) C om. *in.*

Adeo autem etc.) C: *duabus . . . . . adeo autem nostr. . . . tior est mens.* V: *Adeo ut certior mens.* F: *adeo certior mensura sit ad VII.*

et ex ben.) U V F om. *et.*

ideoque min.) B: *ideo quod min.* V F: *itaque min. inv. quasi re vera.* Mox J et rec: *debeant.*

Circa erog. autem fraus) *Et circa erogationem negligentia aut fraus.* Art. 105: *negligentiam aut fraudem.* Art. 87: *aut fraudibus aut inertia.* At proxime Art. 75: *fraus aquariornm.* HEINR. Pol. ex J et rec: *Et circa erogationem fraus.* Sed C: *Et circa erog. $\overline{au}$* (i. e. *autem.* cf. ad Art. 122) *fraus.* U: *Et circa erog. aut fraus.* V: *Et CCta crog. at fraus.* F: *Et CC Erogationem autem fraus.* Corrad. legit: *Ft circa crog. autem fraus.* Sch. in not. er: *Circa erog. autem fraus.* quod, re ita postulante, recepi.

quae neque) J et rec: *quod neque.*

saltem) Leg. *ad illas saltem, quas ad pisc.* HEINR.

ad piscinam) Libri mei omnes: *ad piscinas,* non *piscinam,* quod Pol. ex sua ed. Joc. recepit et posteriores retinuerunt. De qua librorum lectione ego sic iudico, ut *piscinas* ob praecedens *ad illas* attractione quadam, ut fit in codd., illatum a librariis esse statuam. At vero alterius coniecturae in mentem venit. Nimirum quum *scilicet* aut litteris *sc.* aut littera *s.* exararetur, *piscinam* autem *pi-*

cum ad caput invenerim quinarias IV.DCVII: amplius, quam in commentariis, MDCCLII. Adeo autem nostra certior est mensura, ut ad VII ab Urbe milliarium in piscina, ubi indubitatae mensurae sunt, inveniamus quinarias III.CCCXII: plus, quam in commentariis, CCCCLVII: quamvis et ex beneficiis ante piscinam eroget, et plurimum subtrahi deprehenderimus, ideoque minus inveniatur, quam re vera esse debeat, quinariis MCCXCV. Circa erogationem autem fraus apparet, quae neque ad commentariorum fidem, neque ad eas, quas ad caput egimus, mensuras, neque ad illas saltem ad piscinam, scilicet post tot iniurias, convenit. Solae enim quinariae MDCCL erogantur: minus, quam commentariorum ratio dat, quinariis MCV; minus autem, quam mensurae ad caput factae demonstraverunt, quinariis II.DCCCLVII; minus etiam, quam in piscina inve-

---

scīa, manum Frontini puto fuisse *piscinam scilicet*; et quum *scilicet* hic eximia vi praeditum sit, a me impetrare non poteram, quin aliter edendum curarem.

iniurias) C U addunt *sunt*, nescio qua sorte intrusum.

MDCCL) U: *MDCL*. V F: *MD*.

mensurae—factae) Sch. et Heinr: *actae*. Sed *facere mensuram* legimus etiam Ovid. A. Am. III. 265.

invenitur) V et edd: *invenit*.

Ideoque) V et edd: *Itaque*.

adeo) deest in V F J B.

ea, quae superfl.) Ex J et rec. Pol: *ea, quae*, scil. quinariae. Et Heinr. in seq. etiam corrigit *propriae*. At in tribus codd. et F video *ea quae*. In universum aquam superfluentem intelligi vult Frontinus, idemque genus neutrum ad *capiuntur* pertinet.

quam inventam adiecimus) Pol. ex correctione dedit *quae inventa—adiicitur*, applaudentibus posterioribus, in his Sch. Sed in libris scriptis editisque quos novi omnibus legitur *adiecimus*. Porro in C video: *que iuventu i Marc*. Unde manum Frontini restituisse putamus. Unum dubito, scilicet Frontinum fuisse, qui Augustam Claudiae adiecerit; argumenta certa me destituunt.

nitur, quinariis MDLXII. Ideoque cum sincera in Urbem proprio rivo perveniret, in Urbe miscebatur cum Anione Novo, ut, confusione facta, et conceptio earum et erogatio esset obscurior. Quod si qui me forte acquisitionum mensuris blandiri putant, admonendi sunt, adeo Curtium et Caerulum fontes aquae Claudiae sufficere ad praestandas ductui suo quinarias, quas significavi, IV.DCVII, ut praeterea MDC effundantur. Nec eo inficias, quin ea, quae superfluunt, non sint proprie horum fontium: capiuntur enim ex Augusta, quam inventam in Marciae supplementum, dum illa non indiget, adiecimus fontibus Claudiae, quamvis ne huius quidem ductus omnem aquam recipiat.

Anio Novus in commentariis habere ponebatur qui- 73
narias III.CCLXIII. Mensus ad caput reperi quinarias

---

ne huius quid etc.) V F: *ne haec quidem omnem aquam ductus recipiat mensuram ad caput repperi quinarias IIII.* Verba ex seq. Art. translata: in quibus *haec,* scil. Claudia, veram tamen interpretationem continet.

reperi) Libri *repperi.* 73

conceptis) Edd: *conceptelis.* Sch: *in conceptelis com. positum est.* De utraque re supra diximus.

quo alio modo) V: *quo vero modo.* J et rec: *quo non alio.* F O: *quonam alio.*

in erogatione) C: *erogationem.* U: *quam in erogationem.* V: *quasi erogationem.* F: *quam erogationem.* Nimirum in C persaepe litteris finalibus lineola incuriose et temere superducitur. O J et rec: *quam erogatione.*

Erogantur enim) Emendatio est Poleni. C U: *Negantur.* J et rec: *Negatur.* V: *continere negatur.* F O: *continebatur,* omisso *enim.*

IV.CC; cum aliq.) C U: *quadtuor milia ducentae undecim. alioquin* etc. V F O: *IV millia CCXI. in eisdem comm. inv.* (F: *invenitur).* J et rec: *IV millia CCXI. alioquin-invenitur* Unde. Pol. edidit: *IV millia CCXI; cum alioquin.* v. Annott.

IV.DCCCVIII: amplius, quam in conceptis commentariorum est, quinariis MCCCCLXXV. Quarum acquisitionem non avide me amplecti, quo alio modo manifestius probem, quam quod in erogatione ipsorum commentariorum maior pars earum continetur? Erogantur enim quinariae IV.CC; cum alioquin in eisdem commentariis inveniatur conceptio non amplius, quam III.CCLXIII. Praeterea intercipi non tantum DCCVII, quae inter mensuras nostras et erogationem intersunt, sed longe ampliorem modum deprehendi. Ex quo apparet, etiam exuberare comprehensam a nobis mensuram. Cuius rei ratio est, quod vis aquae rapacior, ut ex largo et celeri flumine excepta, velocitate ipsa ampliat modum.

CCLXIII) Vetedd: *CLXIII.*

non tantum) V: *non tamen.* F: *notavi.*

sed longe) Ita Pol. J et rec: *sed et longe.* Tres codd. et F omittunt *sed;* quod nimirum, exarari solitum *set,* a praeced. *sunt,* per compendium scripto *st̄,* absorptum est.

Cuius rei ratio etc.) C: *cui rei rationem quamvis.* U: *Cui rei ratio est, quod ius.* In J est, ut edidimus. POL. Pol. codicis C vestigia assecutus non est, in quo exaretur: *Cui rei ratio ē q* (subnotata linea circumflexa) *vis,* i. e. *ratio est quod.* Nam *ē* in C ubique significat *est,* et *q* subnotata linea circumflexa est *quod;* ita ut inter C et U probe conveniat (nam *ius* et *vis* nihil differunt). Porro Corrad. retinet *cui rei,* afferens Art. 76: *cui titulus est.* Adde not. ad Art. 19. Neque aliter exhibet locum Oudendorp. ad Frontin. Strateg. I. 6, 2. Sch. autem annotat: *cui* compendiose scriptum esse pro *cuius*: id quod, in ceteris libris servatum, verius iudico. Scilicet plena scriptura erat *cui'*, i. e. cuius. Sic Art. 26 in C legitur *ipsi,* pro *ipsi'*, i. e. ipsius. Art. 77 in U est *cui'* (in V F *cū*), i. e. cuius. Art. 76 in V legitur *e'modi,* i. e. eiusmodi. Cf. ad Art. 2 et 94.

rapacior) Oudend. ad Strateg. p. 101. HEINR. V et edd. vetustissimae *capacior.* Pol. coniicit *rapidior,* improbante Oudendorpio.

Non dubito, aliquos annotaturos, quod longe maior 74
copia actis mensuris inventa sit, quam in commentariis

---

excepta) V: *exemta.*

annotaturos) V F: *annotasse.* 74

inventa) U: *iniuncta,* et m. sec. *invecta.*

est error) U B: *error est.*

uniuscuiusque) V: *unitusque.* Eadem corruptio pauloinfra. Sch. addit *aquae.* Intelligo: uniuscuiusque copiae.

fecerunt) Ita codd. et plures edd. Pol: *fecere.*

metu) Lego: *motu,* i. e. causa. v. Lexx. Vocabula *motu* et *metu* ut facile est inter se permutare, ita sunt permutata sacpius. Ruhnk. ad Vellei. p. 146. HEINR.

aut sicc.) V F B: *ac sicc.*

obstat, quod etc.) C U: *obstantibus quod ips. . . . . mensuris.* V: *obstantibus quidem ipsis mensuris.* Edd: *constantibus quidem ipsis mensuris.* Pol. lacunas relinquens (*obstant . . . . .*, *nbod ipsis . . . . . mensuris*) sententiam esse putat hanc: *obstant* observationes, propterea *quod ipsis* actis *mensuris Julio mense* (i. e. post ipsas actas mense Julio mensuras, quas ante tradidi) *deinceps hanc uniuscuiusque* aquae inventam *copiam* tota aestate *durantem,* repetitis mensuris, exploravi (i. e. explorando eandem inveni durantem). Corrad. (et cum eo Adler.) legit: *obstantibus quoque ipsismet mensuris, Julio mense hanc un.* Heinr: *obstat quod ipsismet mensuris.* Sch: *obstantibusque ipsis mensuris.* in not. cr.: *obstentis quoque ipsis iisdem mensuris.* ex Festi auctoritate *obstinet* et *ostendit* eadem verba esse annotans. Nostrae emendationis interpretatio haec est: postquam ipso Julio mense, i. e. post initium aestatis, actae mensurae sunt, inventa illo tempore uniuscuiusque aquae copia tota deinceps aestate sibi constitit. Sensum quidem haud ita spernendum exserit etiam edd. lectio, recte distincta: sed obstat *ipsis;* incommode iungitur *ne credam, exploravi*; denique ipsa sententia eà, quam nostra emendatione intulimus, multo est inferior.

durantem) J et rec: *durante exploraverim.*

quae praecedit) Lego: *a qua procedit illud, utique det. Utique* i. e. jedenfalls HEINR. Emendatio congruens lectioni J et rec. In V F verba *est causa quae praecedit* desiderantur.

Principum. Cuius rei causa est error eorum, qui ab initio parum diligenter uniuscuiusque fecerunt aestimationem. Ac ne metu aestatis aut siccitatum in tantum a veritate eos recessisse credam, obstat, quod, ipso actis mensuris Julio mense, hanc uniuscuiusque copiam, quae supra scripta est, tota deinceps aestate durantem exploravi. Quaecunque tamen est causa, quae praecedit, illud utique detegitur, decem millia quinariarum intercidisse; dum beneficia sua Principes secundum modum in commentariis adscriptum temperant.

75 Sequens diversitas est; quod alius modus concipitur ad capita, alius nec exiguo minor in piscinis, minimus

---

decem millia) Sch. legit: *tot millia.* annotans, *tot* et *decem* permutari etiam Ulpian. XXIV. 18, 17. Cassiod. Var. VI. 13. VII. 36. Cf. Sch. IV. 3.

Principes) V et edd: *Princeps-temperat.*

in comment.) Haec verba primus inseruit Sch. Repetas Art. 65 et seqq.

75 *nec*) V F: *non.*

minimus) U: *minus.* Sch: *minimus, denique,* et deinde: *in distrib.,* ut est in B.

continetur) V: *continere.*

Cuius rei etc.) V F: *cuius rei fraus aq.*

usus) Ita C. Ceteri libri *usum.*

Sed et pler.) F: *Sed pler.* V: *Sed plerisque.*

aqua circumd.) i. e. circa quorum agros (seu circum confinia agrorum) aqua circumducitur. Fateor tamen suspectam mihi esse lectionem. POL. Edd: *aquae circumducuntur.* V F: *et quorum.* Sch. legit: *in quorum.* Quid verba simplicissima significent, non est dubitandum.

subinde formas) Ex U V Pol: *inde.* C: *unde.* Edd: *fraude.* quod retinuit Sch., vertens „böslich". Nec versio placet, nec lectio: fraus enim fere est aquariorum. Emendavi *subinde.* Vocabulum Frontino amatum; sensus egregius; locus simillimus Art. 114: *quod subinde et sine causa foratum vitiatur.* De *formis* v. Annott.

itinera susp.) *Hominibus privatis* (dativ.) i. e. ad commoditatem privatorum. C U om. *usum;* quod restitui ex J lectione: *vel ad h.*

deinde distributione continetur. Cuius rei causa est fraus aquariorum, quos aquas ex ductibus publicis in privatorum usus derivare deprehendimus. Sed et plerique possessorum, e quorum agris aqua circumducitur, subinde formas rivorum perforant; unde fit, ut ductus publici hominibus privatis vel ad hortorum usum itinera suspendant.

Ac de vitiis eiusmodi nec plura nec melius dici pos- 76
sunt, quam a Caelio Rufo dicta sunt in ea concione, cui

---

usum subserviant, vel ad itinera suspendant. Ductus itinera suspendunt intelligendum de hominibus, qui cursum aquarum avertunt. POL. *vel,* schon allein. An excidit membrum *vel ad domorum?* HEINR. C: *²tm̄a,* pro *itin²a,* i. e. *itinera.* qua pessima scriptura simulque exitu praecedentis *hortorum,* vocabulum *usum* interiit. V: *hortorum utim . . . . . suspendant.* F O: *ad hortorum usum subserviant.* Ut in J legitur, video etiam in edd. rec., et sic etiam P. Manutius totum locum inseruit commentario in Cic. Ep. Fam. VIII. 6, annotante Heinrichio. Sch. corrigit: *itinera sua perdant.* deletis illis *hominibus privatis,* vertitque: „so dass öffentliche Leitungen sogar zur Gartenbewässerung ihre Pfade verschwenden.“ Immo optime ductus *iter suspendere* dicitur, cuius cursus tollitur, vel potius interrumpitur, ut rarior fluat aqua tenuioreque copia, utpote maximam partem in privatorum utilitatem ad hortos irrigandos derivata. *Subserviant* interpretis est, cui tamen interpretatio, ut ex verbis *vel ad itinera suspendant* liquet, minus processit.

nec melius) Ita tres codd. Recte. Explica: nec plura dici possunt, nec ea possunt dici melius. Antea edebatur *nec meliora.*

probaremus) An: *proferamus*? Art. 23. HEINR.

coenacula etiam) Edd: *coenacula, et corrupt.*

Nam quod) Edd: *Non quod.*

etiam sunt inter lev.) Ex C Pol: *etiam sunt leviora.* Erui quidem ex huius cod. vestigiis potest verbum *sunt;* verum hoc ita scriptum est, ut alterum quoque in compendio appareat vocabulum. Quod compendium paullo confusum speciem prae se fert vocabuli *sub,* cuius litteris postremis duae lineae transversae iuxta imponuntur, pro *st it²,* lineis illis retentis, i. e. sunt inter. Servatur *inter* in U V F (*etiam inter lev.*); utrumque autem vocabulum haud obscure se manifestat in lectione J et rec. *etiamsi inter lev.,* pro *etiam st̄ inter,* i. e. etiam sunt inter. Receptam lectionem expedias: sunt inter vitia, quae

titulus est DE AQUIS. Quae nunc nos omnia simili licentia usurpata, utinam non per offensas, probaremus: irriguos agros, tabernas, coenacula etiam, corruptelas denique omnes perpetuis salientibus instructas invenimus. Nam quod falsis titulis aliae pro aliis aquae erogabantur, etiam sunt inter leviora ceteris vitia. Inter ea tamen, quae emendationem videbantur exigere, numerandum est, quod fere circa montem Coelium et Aventinum accidit. Qui colles, priusquam Claudia perduceretur, utebantur Marcia et Julia. Sed postquam Nero Imperator Claudiam, opere arcuato altius exceptam, usque ad templum Divi Claudii perduxit, ut inde distribueretur, priores non ampliatae sed omissae sunt: nulla enim castella adiecit, sed iisdem usus est, quorum, quamvis mutata aqua, vetus appellatio permansit.

77 Satis iam de modo cuiusque et veluti nova quadam acquisitione aquarum, et fraudibus et vitiis, quae circa

---

ceteris sunt leviora. Minus quidem expedita oratio est, sed tamen recta.

numerandum) V et edd: *mirandum.*

perduceretur) V F O: *prod.* et infra *produxit.*

postquam) V et edd: *posteaquam.*

altius except.) C: *ascus except.* U V: *as . . . except.* Edd: *assumpsit except.* v. Annott.

omissae) V et edd: *amissae.* v. Annott.

nulla) C: *a nulla.* — *usus est)* Edd. om. *est.*

77 *cuiusque et vel.*) C: *cuiusque velut.* V: *cumque veluti.*

aquarum) C: *quarum.* — *eas*) C: *ea.*

et fraud.) Lego: *et de fraud.* HEINR. Bene.

confertam etc.) Pol. vulgavit: *confectam, et (ut sic dicam) in massam inv.* interpretatus: in summam ex partitionibus maioribus constitutam, partitionibus minoribus, in quas subdividebantur maiores, neglectis. Opsop. forsan non improbandum esse *coniectam* annotat. Sed C U: *confertam* (U: *conferctam*) *et ut sic dic.* unde Sch. legit: *conferctam, ut sic dic.* qui recte delevit *et*, ce-

eas erant, dictum est. Superest, ut erogationem, quam confertam, ut sic dicam, in massam invenimus, immo etiam falsis nominibus positam, per nomina aquarum, uti quaeque se habet, et per regiones Urbis digeramus. Cuius comprehensionem scio non ieiunam tantum sed etiam perplexam videri posse: ponemus tamen quam brevissime, ne quid velut formulae officii desit iis, quibus sufficiet cognovisse summa, licebit transire leviora.

Ut ergo distributio quinariarum XIV.XVIII, ita 78
et . . . . . quia . . . . . quae ex quibus-

---

teris libris auctoribus, in quibus est: *confertam, ut sic dic.* Praetuli tamen verbi formam *confertam.* Cf. Annott.

falsis) V et edd: *et fals.* — *positam*) C: *posita.*

Cuius) scil. erogationis. nisi tamen scripsit: *Cuius rei.* HEINR. C: *Cuius comprehensio nescio non ieiunum tant.* U: *non . . . . tantum.* V: *non tantum . . . . sed etiam.* F: *sciam non tantum difficilis opis, sed etiam perplexi.*

officii) C: *officis.* U V: *offitiis.*

sufficiet) V: *sufficit.* Sch: *sufficiat.*

licebit trans.) J et rec: *licebit tamen trans.* V F: *licebit tamen super leviora,* omisso *transire.* Cf. Annott.

Ut ergo distrib. etc.) Totius loci facies in tribus codd. est haec: 78
Ut (C: *ud*) *ergo distributio quinariarum quadtuordecim milia decem et octo, ita et quadranogen* (ita C, non *quadranongenti*, ut Polenus retulit. U: *quadragenae.* V: *quadragenum*) *triginta sex. quia unus quae ex quibusdam aquis in adiutori uisaliarum* (ita C, in U est: *adiutorium salmarum.* V: *adiutorium Sabinarum*) *dantur, et bis — cadunt, semel* (V: *cadunt. Semel*) — *veniunt.* In edd. legitur: *ita et* (vel: *Ita et*) *quadragenum* (B et al. rec: *quadragenariarum*) *XXXVI. quia una quandoque ex quibusdam aquis in adiutorium aliarum datur, et bis — cadit, sed semel in comp. venit.* (F: *cadit. Sed in comp. venit*). Pol. edidit: *ita et . . . . . quia omnes, quae ex quib.* etc. Idem sententiam integram loci opinatur esse huiuscemodi: Ut ergo distributio quinariarum 14018, ita et distributio quinariarum 771 fit, non tamen computanda, quia omnes quinariae, quae ex quib. etc. Sch. legit: *Fit ergo distributio quin. XIV.XVIII, ita, ut DCVIII, quae ex*

dam aquis in adiutorium aliarum dantur et bis in speciem erogationis cadunt, semel in computationem veniunt. Ex his dividuntur extra Urbem quinariae $\overline{IV}$.LXIII: ex quibus nomine Caesaris quinariae MDCCXVIII, privatis quinariae $\overline{II}$.CCCXLV. Reliquae intra Urbem $\overline{IX}$.DCCCCLV distribuebantur in castella CCXLVII: ex quibus erogabantur sub nomine Caesaris quinariae MDCCVII. s., privatis quinariae $\overline{III}$.DCCCXLVII, usibus publicis quinariae $\overline{IV}$.CCCCI: ex eo castris XIX quinariae CCLXXIX, operibus publicis XCV quinariae $\overline{II}$.CCCCI, muneribus XXXIX quinariae CCCLXXXVI, lacibus DXCI quinariae MCCCXXXV. Sed et haec ipsa dispensatio per nomina aquarum et regiones Urbis partienda est.

---

quibusdam aquis in adiutorium aliarum — cadunt, semel solum in comp. veniant. Locum difficillimum, qui diu multumque mentem meam frustra agitavit, lacunosum relinquere malui, quam verbis incertis reparatum.

IV.LXIII) V F: *Ex his dividuntur* (F: *his quam divid.*) *extra CCCXLVI. Reliquae intra urbem millia* (F: *mille*) *DCCCCLV. distribuebantur in cast.* etc. mediis omissis.

nomine Caes.) Sch: *nomini.* v. Annott.

MDCCXVIII) U: *MDCCXXIII.* J et rec: *MDCCXXVII.*

privatis) Sch: *usibus privatis.* v. Annott.

II.CCCXLV) U: — *XLVI.* J et rec: — *XXXVI.*

$\overline{IX}$.DCCCCLV) Millium numerum, qui in libris desideratur, restituit Pol.

ex quibus) *ex*, in libris neglectum, restituere Sch. et Heinr.

castris XIX) Ita Pol. Sch: *castris X.* Codd. et F: *castris ducentenariae* (C: *ducentinariae.* U: *ducentariae*) *CCLXXIX.* Ceterae edd: *castris ducentis.*

XCV) Ita Pol. Cum libris Sch: *LXXV.*

CCCLXXXVI) Libri: — *III.* Secutus sum Pol. et Sch.

lacibus) Ita C hic et sequentibus Artt. constanter. v. ad Art. 3.

Sed et haec) V F: *Sed haec.*

Ex quinariis ergo $\overline{XIV}$.XVIII, quam summam erogationibus omnium aquarum seposuimus, dantur nomine Appiae extra Urbem quinariae tantummodo V, quoniam humilior oritur; et a metitoribus reliquae quinariae DCXCIX intra Urbem dividebantur per regiones II, VIII, IX, XI, XII, XIII, XIV in castella XX: ex quibus nomine Caesaris quinariae CLI, privatis quinariae CXCIV, usibus publicis quinariae CCCLIV: ex eo castris I quinariae III, operibus publicis XIV quinariae CXXIII, muneri I quinariae II, lacibus XCII quinariae CCXXVI. 79

Anionis Veteris erogabantur extra Urbem nomine Caesaris quinariae CIV, privatis quinariae CCCCIV. Reliquae 80

---

et regiones) Edd: *ad reg.* Praeterea V F: *urbis pertinentia. Ex quin.*

seposuimus) in margine paginae separatim ibi expressa computatione. Hoc est *seponere,* seorsum ponere. Schultz. Sed non convenit. An *supra posuimus?* HEINR. V et edd: *exposuimus.* v. Sch. IV. 14. 79

humilior) J et rec: *libra humilior.* ex interpretatione. Corruptricem manum locus tulit in C, in quo exaratur: *humilior turetia. meatoribus*: ne tamen aliam in ea corruptela lectionem quaeras; nam alterum *or* periit, et littera *i* locum mutavit. — U: *mentitoribus.*

reliquae) F: *reliquaeque.*

II, VIII, IX) V F: *II, V, XVIII, XI.* Ceterae edd: *II, V, VIII, IX.*

III) Ita Pol. et Sch. Libri; IV.

CIV) Ita Pol. et Sch. C J et rec: *CLXIX.* U: *CLXCVIII.* V F: *CLXX.* Sequitur in J et rec: *pr. qu. CCCIV.* 80

MCII s.) Ita Pol. C U: *MLVIII semis.* Ceteri libri: *MDVIII. semis.* quos secutus est Sch.

VIII, IX) B et al. rec: *VIII, XII.* V F: *per regiones III, IV, V, VI, VII, VIII in castella.*

usibus pr.) C: *ius pr.* V F: *usibus privatis* (om. F) *publicis quinariae CLIII. ex eo castris vias quin. L.*

CCCCXC) J et rec: *CCCXC.*

quinariae MCII. s. intra Urbem dividebantur per regiones I, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, XII, XIV in castella XXXV: ex quibus nomine Caesaris quinariae LX, usibus privatis quinariae CCCCXC, publicis quinariae DLII: ex eo castris I quinariae L, operibus publicis XIX quinariae CXCV, muneribus IX quinariae LXXXVIII, lacibus XCIV quinariae CCXVIII.

81 Marciae erogabantur extra Urbem nomine Caesaris quinariae CCLXIX, privatis DLXVIII. Reliquae quinariae MXCVIII intra Urbem dividebantur per regiones I, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X, XIV in castella LI: ex quibus nomine Caesaris quinariae CXVI, privatis quinariae DXLIII, usibus publicis quinariae CCCCXXXIX, castris IV quinariae XLI, operibus publicis XV quinariae XLI, muneribus XII quinariae CIV, lacibus CXIII quinariae CCLIII.

82 Tepulae erogabantur extra Urbem nomine Caesaris quinariae LVIII, privatis LVI. Reliquae quinariae

---

DLII) Ita Pol. C U: *DIII.* J et rec: *CLIII.*

castris I) U V F: *castris vias.* orta corruptela ex scriptura numeri *unis,* in C negligenter expressi.

CXCV) Sch. cum C U J et rec: *CXCVI.*

81 *privatis DLXVIII)* Haec verba Sch. cum libris omisit. Restituit Pol. Idem sequentis numeri auctor est, pro quo libri habent: *MCCCCLXXII.*

VI, VII) U om. VI et IX. V om. X. Edd. om. VII et X.

DXLIII) F: *DLXIII.* Sequentia *usibus publ. qu. CCCCXXXIX* Poleni sunt, spreta a libris et Sch.

XLI) V et edd: *XLII.* — *operibus)* C: *is operibus.*

XLI) C: XL. V F: XLII. Sch: CCCCXI.

CXIII) U J et rec: CXIV.

CCLIII) Libri (praeter C): *CCLVI.*

82 *quinariae)* ex C restituit Sch.

LVI) pro quo V F: *ibi.*

CCXLVII) Ita Pol. C U: CCXXXVII. Sch. cum V et edd: CCXXVII.

CCCXXXI intra Urbem dividebantur per regiones IV, V, VI, VII in castella XIV: ex quibus nomine Caesaris quinariae XXXIV, privatis quinariae CCXLVII, usibus publicis quinariae L: ex eo castris I quinariae XII, operibus publicis III quinariae VII, lacibus XIII quinariae XXXI.

Juliae fluebant extra Urbem nomine Caesaris quina- 83
riae LXXXV; privatis quinariae CXXI. Reliquae quinariae DXCVII intra Urbem dividebantur per regiones II, III, V, VI, VIII, X, XII in castella XVII: ex quibus nomine Caesaris quinariae XVIII, privatis CXCVI, usibus publicis quinariae CCCLXXXIII: ex eo castris III quinariae LXIX, operibus publicis X quinariae CLXXXII, muneribus III quinariae LXVII, lacibus XXVIII quinariae LXV.

Virginis nomine exibant extra Urbem quinariae CC. 84
Reliquae quinariae $\overline{\text{II}}$.CCCIV intra Urbem dividebantur

---

castris I) Libri (praeter C): *castris II.*

XIII) F: *XII.*

XXXI) Sic Pol. et Sch. Libri *XXXII.*

Juliae fluebant) Tres codd: *Julia fluebat.* At respice cete- 83
ros Artt.

CXXI) V et edd: *CXXII.*

DXCVII) Ita Pol. Sch. cum libris: *DXLVIII.*

II, III etc.) V: II, III, V, VI, XXI. F: II, II, V, VII, XXI.

priv. CXCVI) de sua restituit Pol.

castris III) Infra: *operibus pub. X; muneribus III.* Ita tribus his locis legit Pol., licet numeri (III, X, III) absint a libris, quos sequitur Sch.

CLXXXII) Ita Pol. C: *CXXCI*; quem secutus est Sch. Ceteri libri: *CXXI.*

$\overline{\text{II}}$.CCCIV) U: — *CCCIII.* 84

VII, IX, XIV) V F: *VII, VIII, I, XIV.* J B: *VII, VIII, XIV.*

XVIII) V F: XVII. B: XXVI.

DXLIX) C: DIX. U V F: CLIX.

MCCCCXVII) Codd. et F: *MCLVII.*

per regiones VII, IX, XIV in castella XVIII: ex quibus nomine Caesaris quinariae DXLIX, privatis quinariae CCCXXXVIII, usibus publicis MCCCCXVII: ex eo muneribus II quinariae XXVI, lacibus XXV quinariae LXI, operibus publicis XVI quinariae MCCCXXX; in quibus per se euripo, cui ipsa nomen dedit, quinariae CCCCLX.

85 Alsietinae quinariae CCCXCII. Haec tota extra Urbem consumitur, nomine Caesaris quinariae CCLIV, privatis quinariae CXXXVIII.

86 Claudia et Anio Novus extra Urbem proprio quaeque rivo erogabantur; intra Urbem confundebantur. Et

---

LXI) C U: L L V F: LX.

MCCCXXX) Ita Pol. et Sch. Libri: MCCCLXXX.

85 *Alsietinae* etc.) Sch: *Alsietinae nomine* (*haec tota extra Urbem consumitur*) *quin. CCCCXII.* Ego ex praecedenti Art. subintelligo: nomine exibant. — Edd: CCCCXCII.

CCLIV) Ita Pol. et Sch. C: CCCLI. U V J: CCCLIV. F B: CCCCLIV.

CXXXVIII) V F: — VII.

86 *erogabantur*) Libri omnes: *erogabatur—confundebatur*, quod quum defendi possit, pluralis tamen numerus a Pol. receptus longe praestat.

dabat) V F: *dabit.*

DCCXXXI) Ita Pol. Sch. cum libris: DCCXXVIII. Vocabulum *quinarias* ex C restituit Sch.

priv. CCCCXIV) ignorant libri, reposuit Pol.

III.DCCCXXIV) Ita Pol. U: M. M. M. CCCXCVIII. V: MMMCCCCCXVIII. F: MMMDXVIII. Sch. cum ceteris libris: MMMCCCCXCVIII.

DCCLXXIX) Ita Pol. Sch. cum codd. et F: DCCCXV. Ceterae edd: MDCCCXV.

usibus priv.) C: *ū priv.*; quod compendium mihi videbatur esse pro *usibus*. A ceteris libris vocabulum abest. v. ad Art. 78.

MDCCCXXXIX) Ita Pol. Sch. cum libris: MLXVII.

MCCVI) Ita Pol. Sch. cum libris: MXII.

Claudia quidem extra Urbem dabat nomine Caesaris quinarias CCXVII, privatis CCCCXXXIX; Anio Novus nomine Caesaris quinarias DCCXXXI, privatis CCCCXIV. Reliquae utriusque quinariae IIII.DCCCXXIV intra Urbem dividebantur per regiones Urbis XIV, in castella XCII: ex quibus nomine Caesaris quinariae DCCLXXIX, usibus privatis quinariae MDCCCXXXIX, usibus publicis quinariae MCCVI: ex eo castris IX quinariae CIV, operibus publicis XVIII quinariae DXXII, muneribus XII quinariae XCIX, lacibus CCXXVI quinariae CCCCLXXXI.

Haec copia aquarum, ad Divum Nervam Imperato- 87
rem usque computata, ad hunc modum describebatur.

CIV) Ita Pol. Sch. cum libris: *CXLIV.*

DXXII) Ita Pol. C U: CCCLXXIV. V: CCLXXIX. Edd: CCLXIX. Sch: CCLXXIV.

XCIX) Ita Pol. Sch. cum libris: *CVII.*

CCXXIV) Ita Pol. et Sch. V F: CCXXV. Ceteri libri: CXXVI.

CCCCLXXXI) Ita Pol. Sch. cum libris: CCCCXXVII.

ad Nervam) Leg. *ad Divum Nervam*, ut Art. 102 et 118. Scri- 87
ptum id per compendium *D.* mox est elisum ab eadem littera antecedente. HEINR.

intercip.) C: *intercap.*

pervertebat) i. perdebat, inutile reddebat. HEINR. Usus verbi nostra quidem in re paulo insolens. C: *pervertebat!*, scil. pro *pervertebat'*, i. e. *pervertebatur*, ut litteris manifestis exhibet Paris., quem ob reliquam orationem secutus sum. *Inertia* est casus auferendi.

Ac prope etc.) Pol. edidit: *accrevit, ac prope p. ub. est: tum et sed. — distributa, ut reg.*, neque syntaxi neque sententiae aliquam lucem offundens. Sch: *accrevit. Ac prope p. ub. est, tum et — distributa, ut reg.*, „Und nächstens wird die Vermehrung öffentlich übergeben, dann auch durch genaue Vertheilung angewiesen werden, um den Stadtvierteln“ etc. Quae versio neque latinitati convenit, neque ipsi rei succurrit. *Tum et* in J tantum reperitur. C U: *tamen et* (i. e. etiam). V F: *tamen*, om. *et*. Loco ita constituto, ut a me factum est, sententia tam aperta tamque rei

Nunc providentia diligentissimi Principis, quidquid aut fraudibus aquariorum intercipiebatur, aut inertia pervertebatur, quasi nova inventione fontium accrevit. Ac prope publicata ubertas est; tamen et sedula deinde partitione distributa, ut regionibus, quibus singulae serviebant aqua, plures darentur: tamquam Coelio et Aventino, in quos sola Claudia per arcus Neronianos ducebatur: quo fiebat, ut, quotiens refectio aliqua intervenisset, celeberrimi colles sitirent. Quibus nunc plures aquae, et in primis Marcia reddita ampliore opere a Coelio in Aventinum usque perducitur. Atque etiam omni parte Urbis lacus, tam novi quam veteres, plerique binos salientes diversarum aquarum acceperunt, ut, si casus alterutram impedisset, altera sufficiente non destitueretur usus.

88 Sentit hanc curam Imperatoris piissimi Nervae Principis sui regina et domina orbis in dies; et magis sen-

---

congruens est, et verba tam plana et expedita, ut nihil amplius sit illustrandum.

ut reg.) Codd: *aut.* obvia permutatione.

publicata ub.) Insero *tota,* vitio omissum propter syllabam antecedentem *ta.* HEINR.

et sedula) *ita sedula.* HEINR.

darentur) Edd: *darent.*

refectio) Libri (praeter C): *defectio.*

ampliore opere a Coel.) Sic legendum esse et librorum vestigia et res evincunt. C: *amplo operi a se in Avent.* U: *amplio* (sic) *opere a se in Av.* V: *ampliore ac opera in Av.* F: *ampliore opera in Av.* J et rec: *ampliore opere a Coelio in Av.* Pol. legerat: *amplo opere a Coel.* Sch: *amplior opere a Spe in Av.* Cf. Annott.

Atque etiam) J: *atque et.*

88 *regina et domina orbis*) Integer locus in libris omnibus est: *domina orbis in dies, quae terrarum dea consistit, cui par nihil et nihil secundum; et magis sent.* Blondus Flavius Inst. Rom. II. p. 255. B. Basil. 1559 locum sic exhibet: *Sentit — sui Roma regina orbis et terrarum domina, cui par nihil, nihil secundum.*

tiet salubritas eiusdem aeternae Urbis. aucto castellorum, operum, munerum et lacuum numero. Nec minus ad privatos commodum ex incremento beneficiorum eius diffunditur: illi quoque, qui timidi illicitam aquam ducebant, securi nunc ex beneficiis fruuntur. Ne pereuntes quidem aquae otiosae sunt: alia iam munditiarum facies; purior

---

Prolixe de hoc loco disputavi in Zeitsch. alterth. Wissensch. J. 1839. Heft 11. p. 1089.

aucto) V F: *auctor.*

ad priv. com.) J: *priv. ad com.* B et al. rec: *com. quod ex.* Etiam in praecedentibus aliqua turbata sunt, in F ita: *lacuum: Nerva nec ad priv.*

diffunditur) Blondus Flav. l. c.: *diffinitur.*

pereuntes) Bunsen: *praetereuntes.* v. Annott. Blondus: *nec per.*

otiosae) C: *otio.*

alia iam mund. etc.) Coniectura locum vexat Bunsen l. c., ne grammaticâ quidem illâ. Zumpt. ad Verrin. p. 138. Quanto melius Sch: *adeo iam mundior viarum facies.* HEINR. Edd: *nam immunditiarum facies et impurior spiritus, et causae* (F. om. *et caus.*) *gr. c. — remotae* (F: *remoti*). in quibus manifesta interpretum manus. Has secutus est Buns., deleto *et* (ante *caus.*), iunxitque non *facies et spiritus remotae*, sed *causae remotae.* verbo ad appositionem relato. Zumpt. Gram. Lat. §. 370. Quare iniustum Heinr. vituperium est. Sch. modo legit: *at* (vel *adeo*) *iam mundior viarum facies, pur. sp., et causa gr. coeli, quo-fuit, est remota.* modo: *alia iam mund. f., et impur. spiritus, causa—remotus.* Inanes emendandi conatus. Audiamus libros. C U: *alia mund. facies. purior. spiritus. et causae gr. coeli. quibus ap. veteres se urbi inf.* (sic C, sed U: *ap. urbis veteres inf.*) *aer fuit. est remotus. Remotus* debetur interpreti, ad *aer* respicienti. V: *alia immund.* (pro *iam mund.*) *facies, pur. sp. et cum* (natum ex permutatione compendiorum *cū* i. e. cum, et *cā* i. e. causa) *gr. c., quibus apud vet. urb. inf. aer fuit, sunt remotae.* ut hic cod. veram Frontini manum servaverit, receptam iam a Pol.

sed haec cum increm. etc.) Lego: *et haec cum incrementa.* HEINR. Non intellexisse videtur rerum seriem. — V F: *hoc sed*

spiritus; et causae gravioris coeli, quibus apud veteres Urbis infamis aër fuit, sunt remotae.

Non praeterit me, deberi operi novae erogationis ordinationem; sed haec cum incremento adiunxerimus, intelligi oportet, non esse ea ponenda, nisi consummata fuerint.

89 Quid, quod ne hoc diligentiae Principis, quam exactissimam civibus suis praestat, sufficit, parum praesi-

---

cum. Sch: *sed hanc.* Idem infra: *non esse eam ponendam, nisi cum cons. fuerit.* ex J et rec., in quibus est: *non esse eam ponendam, nisi cons. fuerit.* Non aliter legitur in Paris., nisi quod habet *quom cons.* At F: *non ea haec apponenda.* V: *non esse et apponenda.* utrumque pro: *non esse ea apponenda.* Verbum compositum etiam in Paris. videtur, scil. *apponendam* inter lineas m. sec. scriptum. Eadem autem manu pro *fuerit* corrigitur *fuerint.* Nimirum corrector ille in libro meliore in praeced. viderat non *eam ponendam,* sed *ea ponenda.* Atque hoc ex C U recte praetulit Pol.

89 *Quid, quod*) Sch: *Quo quidem nec hoc,* „Wobei jedoch selbst dieses nicht."

ne hoc) i. e. ne hoc quidem. v. nos ad Dict. Cret. III. 9. p. 126. Sic ex tribus codd. et duabus edd. F et J rescripsi. Pol. ex sua J et rec. vulgaverat *nec hoc.* v. Annott.

parum praesid.) Libri: *praesidii ac voluptatis nostris.* praeter C, in quo est: *praesidii ac voluptatibus nostris*; quam lectionem retinet Sch., vertens: „er habe wenig zum Vortheil, zumal unseres Behagens geleistet." Non ferente latinitate. Melius deleto *ac* legeres: *parúm praesidii voluptatibus,* i. e. parum sustentasse nostras voluptates. Sed recte, opinor, Pol. restituit. v. Annott. Omitti littera *s* eo facilius potuit, quum librarii, sententia non intellecta, particulam *parum,* genitivum videlicet postulare rati, cum *contulisse* coniungendam esse non intellexerint.

adiecit) Ita C. Recte. Quae lectio in U negligenter exarando, totidem tamen retentis litterarum ductibus, transiit in *adicat,* e quo deinde factum *adiiciat* libros ad hunc diem vitiavit.

eam ipsam) V: *eam copiam.* Edd. om. *ipsam.*

per quae) V F om. *per.*

diis ac voluptatibus nostris contulisse sese credentis, quod tantam copiam adiecit, nisi eam ipsam sinceriorem iucundioremque faciat? Operae pretium est, ire per singula, per quae ille occurrendo vitiis quarundam universis adiecit utilitatem. Etenim quando civitas nostra, cum vel exigui imbres supervenerant, non turbulentas limosasque aquas habuit? Nec quia hoc universis ab origine naturae est, aut quia istud incommodum sentire debeant quot capiuntur ex fontibus; in primis Marcia et Claudia, ac reliquae, quarum splendor, a capite integer, nihil aut mi-

---

quarundam) scil. aquarum. Emendatio est Sch. et Heinr. Antea *quorundam*.

adiecit) V F: *adducit*.

quando civ.) F: *quas civ. nostra: vel quom ex. hymbres*. V: *nostra vel. ex. hymb*. B et al. rec: *vel cum*.

hoc — naturae) Fort. *haec — natura*. Sensus: non hoc naturâ omnibus insitum. HEINR. C: *haec natura*. Sed U: *haec naturae*. et ceteri libri omnes: *hoc — naturae*. Quod rectius iudicavi. Id tamen dubitationem movit, quod in C haud obscure scribitur: *natura ē*, i. e. natura est; quod fortasse ceperunt pro *naturae*, indeque in praeced. mutarunt *hoc*. V F: *ab origine non est*.

debeant quot) Pol. et posteriores: *quae*. At vero J et rec: *quod*. U: *debeat quod*. denique C V F: *debeat quot*. Attendas precor, in C vocabulum *quot* exarari per compendium *q* subnotata linea circumflexa, hic et Art. 28 (*et per quot cast.*) et Art. 100 (*quot habeat*); quod compendium alibi significat *quod* (cf. ad Art. 73). Qui illud pro *quod* capiebant, necessario mutabant etiam *debeat;* atque miror, etiam *capiuntur* non eandem sortem tulisse.

nihil aut min.) V F: *nisi aut nimium pluvia inquinatus*. et *inquinatus* habent etiam C U.

putea exst.) Lege: *puteis exstructis obtectae*. Fontes dicit. Art. 19: *contectis piscinis*. Schneid. ad Vitruv. 8 p. 142 extr. HEINR. Lectio, quam dedimus, integra servata est in C U (nisi quod in U deest *et*). Cum ceteris libris Pol: *putei exstructi et obiecti*. Sch: *scilicet puteis exstructis et obiectis*. Etiam *puteum* veteres Romani

nimum pluvia inquinatur, si putea exstructa et obiecta sint.

90 Duae aquae Anionis minus permanent limpidae; nam sumuntur ex flumine, ac saepe etiam sereno turbantur:

---

pronuntiabant. *Obiectus* idem esse videtur, quod Art. 15 *interposita* (piscina limaria). — Praeterea J et rec: *sunt.*

90 *Duae aquae Anionis)* Suspicabar: *Duae amnenses aquae,* nimirum duae aquae Anionis ex amne Anione oriundae. Coniicias: *Duae Anienae aquae;* de quo loquendi genere Lips. Var. Lect. III. 11. Reponere tamen praeferebam *Duae Aniones.* POL. Leg. *Duae Anionis.* HEINR. *Duae Aniones* dici non potest, cum *Anio* ubique sit generis mascul. et infra pergatur *alter ex his.* C: *Due antensis.* U: *Duae amensis.* V F et ed. pr: *Aquae Anienis.* J et rec: *Aquae Anionis.* Hinc duabus librorum lectionibus in unam conflatis, restitui: *Duae aquae Anionis.* Art. 13: *Duae Anionis — aquae.* Etiam minor tibi videbitur audacia, consideranti, Art. 77 et 101 in C, item Art. 24 in V, *quarum* scriptum esse pro *aquarum.* Fateor tamen admodum me in Schultzii inclinare emendationem *Duae Anienses,* sc. aquae, et paene credere Frontinum reliquisse *Duae aquae Anienses.* Nam *antensis* et *amensis,* quae in C U exarantur, nihil videntur esse aliud quam *aniensis,* eadem ratione hic paulo pessumdatum, qua Liv. XXIV. 7 idem vocabulum *aniensi* in membranis abiit in *antensi,* teste Gronovio Obss. IV. 1.

sumuntur) Ita C. In V O: *mutantur.* in ceteris: *sumitur.* Opsop. proponit: *mutuantur.*

mollibus) C: *lacu oblib . . . . tamen.* U V F O: *mobili tamen.* J et rec: *mobilibus.* quas secutus est Pol. Sch. modo legit: *mobilibus tamen et ced.*; modo: *obliquo motui tamen ced.* („da die Ufer dem schrägen Stosse weichen"). Emendavi *mollibus.* Art. 15: *soli — pinguis ripas solutiores.*

aufert) F: *aufertur. — deveniat)* V: *deveniant.*

ac vernis) V: *ac vernis hymbribus, sed aest.* F: *ac hyemis hymbribus, sed aest.*

quo temp. — exigitur) Edd: *quo tempore exit gratior aq. sinceritas. Ex iis igitur altera.* (al. rec: *alter*), *id est Anio* etc. Tres autem codd. *quo t. exiit gr. aq. sinceritas. Exigitur et alter quidem ex his* etc. Pol. vulgavit: *quo t. exit grat. aq. sin., et*

quoniam Anio, quamvis purissimo defluens lacu, mollibus tamen cedentibus ripis, aufert aliquid, quo turbetur, priusquam deveniat in rivos: quod incommodum non solum hibernis ac vernis, sed aestivis imbribus sentit, quo tempore gratior aquarum sinceritas exigitur. Et alter quidem 91
ex his, id est Anio Vetus, cum plerisque libra sit inferior, incommodum intra se tenet. Novus autem Anio

---

exigitur. Alter quidem ex his. etc. Sch. legit: *q. t. exsistit grat. aq. sinceritas. Exigitur et alter quidem ex his* etc. Heinr. annotat: „*gratior it dies* Horat. Carm. IV. 5. 7. Fort. *exsistit,* et ex duplici scriptura: *et* (*aut*) *exigitur.*“ Necessarium mihi videbatur, cum verbis *Et alter,* sequente oratione sic exigente, ut nova sententia ordiretur. Quare, deleto *exiit,* cuius frustra circumspectavi aptam interpretationem, retinui *exigitur,* nihilque in codd. lectione mutavi. Intell.: gratior sinceritas requiritur ob hominum usum voluptatemque.

plerisque) Sic Sch. ex tribus codd. Antea *plerumque.* 91

intra se) V et edd: *infra se.*

vitiabat) V: *intrabat.* — *ceteras*) scil. aquas. U: *ceteros.*

defectioni) Edd. rec. praefigunt *aliquando.*

suff. aquas) V F *om. aquas.*

Romae) C: *rivo me demum.* Idem infra *permista,* ut Art. 15 *mistus.*

perdebat) V: *prod.* — *obvenientibus*) v. Annott.

succurrebatur) V F: *succurrebat.*

pleraeque accerserentur) J et rec: *pleraeque aquae.* V F: *pl. aquae serenae,* exsulante *accerserentur.* Unde Sch: *pleraeque aquae serenae accerserentur.*

imprudentiam) Nescio an scribendum sit: *impudentiam.* Librorum auctoritas hoc in genere nihili est.

uti dignum) Tres codd: *ut indignum.* quod nimirum natum est prava scriptura codicis C *ut īdignum,* pro *uti dignum.*

partientium) V: *panentium.* et plures edd: *parientium.*

M. ut ipsam — deprehenderimus) Ex tribus codd. Pol: *M ipsam — deprehendimus.* At vero in J et rec. video: *M. ita ut ipsam — deprehenderimus.* in F autem ita legimus, ut nos edidimus. Scilicet antiquissimus librarius in exemplari suo non animadverterat

vitiabat ceteras: nam, cum editissimus veniat et in primis abundans, defectioni aliarum succurrit. Imperitia vero aquariorum, deducentium in alienos eum specus frequentius, quam explemento opus erat, etiam sufficientes aquas inquinabat, maxime Claudiam, quae, per multa milha passuum proprio ducta rivo, Romae demum cum Anione permixta, in hoc tempus perdebat proprietatem. Adeoque obvenientibus non succurrebatur, ut pleraeque accerserentur per imprudentiam non uti dignum erat partientium; Marciam ut ipsam, splendore et frigore gratissimam, balneis ac fullonibus et relatu quoque foedis mi-
92 nisteriis deprehenderimus servientem. Omnes ergo discerni placuit, tum singulas ita ordinari, ut in primis Marcia potui tota serviret, et deinceps reliquae secundum suam quaeque qualitatem aptis usibus assignarentur, sicut Anio Vetus pluribus ex causis, quo inferior excipitur minus salubris, in hortorum rigationem atque in ipsius

---

siglum *deprehend'imus*; et postquam *deprehendimus* evaserat, particula *ut* delenda esse videbatur.

spl. et rigore gr.) *frigore* Sch. Cf. Art. 93. Sed verum est *rigore*. Plin. Epist. 8, 8, 4. Plin. H. N. VII. p. 50. *calor aut rigor*. Cf. XXXI. p. 99. et p. 102. A Gr. ῥῖγος. HEINR. *rigore* ex edd. repetiit etiam Pol. Sed ego in C video: *splendore i rigore et grat.* ex quo librarii codicum U V fecere: *spl. in rigore et gr.* Ego fuisse potius primam manum arbitror *splendore frigore*, particulam autem *et* locum mutasse. Etenim litterae *i* et *f*, aut parum in libris aut nihil differentes, plus semel permutantur. Profecto *rigor* laudi esse aquae non potest; laudatur autem *frigus*. Cf. Annott.

fullonibus) J et rec: *fullonicis*.

foedis) C: *fideis*. U V: *fidis*.

92 *reliquae*) Edd. vet: *reliquaeque*.

quaeque qualit.) V F: *quamque utilitatem*.

inferior) Pol. et Heinr: *interior*. v. Annott.

Urbis sordidiora exiret ministeria. Nec satis fuit Prin- 93
cipi nostro ceterarum restituisse copiam et gratiam: Anionis quoque Novi vitia excludi posse vidit. Omisso enim flumine, repeti ex lacu, qui est super villam Neronianam Sublacensem, ubi limpidissimus est, iussit. Nam cum

---

excipitur) V et edd: *accipitur.* unde Sch. legit: *quibus* (sc. causis) *intra Urbem accipitur* (i. e. putatur) *minus salubris.*

exiret) V F: *extaret.*

Nec satis) Pol. hunc Art. orditur a verbis *Anionis quoque;* 93
Sch. a *Nec satis*, re ita exigente.

et gratiam) Sic U V, et ex his Pol. et Sch. C: *sed gratiam* (non *et*, Pol. referente). F: *sed et gr.* Paris. et ceterae edd: *sed etiam gr.* Introduxit illud *sed*, qui res male retulit.

excludi) Cellarius Geogr. II. 9, p. 496 exhibet *exscindi.*

repeti) Quidnam? Excidit *aquam*, id quod persuadent seqq. *ubi limpidissima est.* HEINR.

Sublacensem) C U: *Sublaquensem*, alibi contra alteram formam servantes. De Schultzii emendatione *Subimbrivinam* v. ad Art. 15.

limpidissimus) sc. lacus. Emendavit Sch. Antea *limpidissima.* Cf. Annott.

Trebam Aug.) C U: *Tribam.* V: *Tubam.* Sch. annotat: „De *Treba Augusta* nullus scriptor loquitur; quumque de conditione Anionis ad fontes sermo sit, legendum ex J videtur *angustam.*“ In text. recens. legit: *in angusto.* An: *Trebam Mutuscam?* Sed *Mutusca* in Sabinis. Cf. Annott.

paucis) C: *pauci his.* ex quo Sch. facit *paucissimis.*

oppidum) Libri scripti et editi *oppidis.* v. Annott.

lacus alt., in quo) Tres codd: *lacuum altitudinem.* In mentem venerat: *lacuum altitudine, in quos.* Nam Fabrettus p. 67 scribit: prope Sublacum versus meridiem esse vestigia lacuum, ex quorum altero Anio Novus deductus fuit. POL. Polcni emendationem amplexi sunt Sch. (II. 13) et Heinr.

defaecatur) V: *deferatur.* J et rec. (etiam qua usus est Kircherus Lat. Vet. et Nov. p. 175. a.) *depuratur.* unde Forcellinus in Lex. recepit verbum *depurare.*

felix propr. aquae) Sch.: *felicis proprietatis aqua.* Nihil mutandum. v. ad Art. 36.

auctorem) abest a libris (praeter C).

oriatur Anio supra Trebam Augustam, seu quia per saxosos montes decurrit, paucis circa ipsum oppidum obiacentibus cultis, seu quia lacuum altitudine, in quos excipitur, velut defaecatur, imminentium quoque nemorum opacitate inumbratus, frigidissimus simul ac splendidissimus eo pervenit. Haec tam felix proprietas aquae, omnibus dotibus aequatura Marciam, copia vero superatura, veniet in locum deformis illius ac turbidae, novum auctorem **IMPERATOREM CAESAREM NERVAM TRAIANUM AUGUSTUM** praescribente titulo.

94 Sequitur, ut indicemus, quod ius ducendae tuendaeque sit aquae: quorum alterum ad cohibendos intra modum

---

94 *ducendae — aquae*) Ita C. In U V F. et ed. princ. legitur *dicéndaeque*, omisso *tuendae*. J et rec: *ducendae sit aquae, quaeve cura ductuum habenda.* Nimirum in Jocundi quoque codice deerat *tuendae;* ut autem Jocundus haberet, ad quos sequens *alterum ad ipsorum ductuum pertinet tutelam* referret, hic verba illa de suo inseruit. Praeterea in V F et ed. pr. aliae turbae moventur, atque illa *Sequitur ut indicemus quod* inter verba *alterum — ad ipsorum* inculcantur, ita ut post *titulo* pergatur *qui dicendae aquae quorum alterum.* Vocabulum *ius* in his libris omittitur. In C pro *quod ius* legitur *qua ius.*

dum) V: *cum.*

perlatas — observata) Ita C U, nisi quod pro *perlatas* haben *qui lata.* Fortassis enim, quum relativi *qui quae quod* casus omnes scriberentur olim per litteram *q* aliqua nota compendiaria affectam eademque ferme ratione per litteram *p* scriberetur particula *per* haec in *qui* transformata mutationis origo fuit. At in J (et rec.) legitur: *leges de singulis, quas late quidem apud veteres observatas inveni, earum aequitatem prudentiamque reticendam non censui.* quae verba, videlicet Jocundi commentum, prorsus expungenda esse ratus fui, quum neque in codd. neque etiam in edd., quae Joc. praecessere, ullum eorum reperiatur vestigium. POL. V: *quae lata quadam apud antiquos obs.* F: *quas latae quaedam aque antiquos observatos.* Sch. legit: *leges, de singulis quae lata sunt, quaed.*

impetrati beneficii privatos, alterum ad ipsorum ductuum pertinet tutelam. In quibus dum altius repeto leges de singulis perlatas, quaedam apud veteres aliter observata inveni: apud quos omnis aqua in usus publicos erogabatur, et cautum ita fuit: ne quis privatus aquam aliam ducat, quam quae ex lacu humum accidit: (haec enim sunt verba eius legis:) id est quae ex lacu abundavit: eam nos caducam vocamus. Et haec ipsa non in alium usum, quam in balnearum et fullonicarum dabatur; eratque vectigalis, statuta mercede, quae in publico impenderetur: aliquid et in domos principum civitatis dabatur, concedentibus reliquis.

---

apud—quos) Non toleranda videbatur librorum lectio *apud antiquos*, cum ubique noster eo in genere *veteres* recte dicat, et *apud veteres* praecedat: quare correxi *apud quos*.

omnis—erogabatur) Sic ex J et rec. Pol. Codd. et F: *omnes—erogatur*.

et cautum) Tres codd. et F: *ea caut.* J et rec: *legeque caut.* Pol. emendavit *et;* Corrad. et Sch. *eo*, i. e. ideo. Immo etiam Art. 96 verba *et quidem ita* in C depravantur in *ea quidem ita*, eademque vocabula (*et—ea*) permutantur Art. 100 et alibi. Ut tamen dicam, quod sentio: totum locum a verbis *In quibus* longe aliam faciem prae se tulisse opinor, atque per Polenum in lucem edita est; quam faciem ut investigarem, adhuc nequicquam laboravi.

ne quis) V: *ut ne q.*

aquam aliam) Sic rescripsi ex Paris., cum ceteri libri omnes ignorent *aquam*. Graevius in Praefat. ad T. IV. Thes. Ant. Rom. legit: *aliquam ducat aquam quae*. Sch. edi volebat: *aquam* (om. *aliam*) *ducat*.

accidit) Egregia emendatio Schultzii est, quam amplectitur Heinr. Libri *accedit*. Cf. Annott.

verba eius legis) C U: *verba et leges.* V J et rec: *verba sunt eius legis.* Unde verum iudico, quod edidi. Videlicet in C U *et* corruptum est ex *ei*, i. e. *ei'*, i. e. *eius* (cf. ad Art. 73), ex quo quum factum esset *et*, necessario *legis* transiit in *leges*.

usum) V F: *usque*.

95 Ad quem autem magistratum ius dandae vendendaeve aquae pertinuerit, in iis ipsis legibus variatur: interdum enim ab Aedilibus, interdum a Censoribus permissum invenio; sed apparet, quotiens in re publica Censores erant, ab illis potissimum petitum, cum ii non erant, Aedilium eam potestatem fuisse. Ex quo manifestum est, quanto potior cura maioribus communium utilitatum quam privatarum voluptatum fuerit, cum etiam ea aqua, quam privati ducebant, ad usum publicum pertineret.

96 Tutelam autem singularum aquarum locari solitam invenio, positamque redemptoribus necessitatem, certum

---

balnearum) U: *balneorum.*

fullonicarum) Sic C. Intell. officinarum. v. Forcellin. in v. Ceteri libri *fullonicorum.*

mercede) Primus sic reposuit Sch., quem cf. VI. 15. V F: *merce, deque,* i. e. *mercede quae,* ut plane videtur in C U. Ex J et rec. Pol. edidit *vectigalis statuta merces, quae.*

in publico) Leg. *in publicum pend. Publicum* de aerario dr. coniunctum cum verbis pluribus, in quibus est *pendere.* Gronov. ad Liv. II. 9. p. 78. c. 2. ed. Stutg. HEINR. Ex J et rec. etiam Sch. praefert *in publicum penderetur.* Atqui mecum (et cum Pol.) faciunt codd. et F. Cf. Annott.

civitatis) Ita C. In ceteris deest vocabulum. At Art. 1: *per principes semper civitatis nostrae viros.* POL.

in iis) F: *et in iis.* V: *et in his.*

interdum) V F: *Interdum ius ab Aed.*

Cens. erant) V et edd: *erat,* om. *Censores.* Etiam in C aliquid sordidi est, pro *erant* exhibente *e ferant.*

cum ii) U: *cum II.* C: *cum duodecim.* sordes, quàlis in V obvia est, in quo pro *circa* fere ubique exaratur numerus *CCta.*

eam pot.) V F om. *eam.*

utilitatum—voluptatum) C: *utilitatium—voluptatium.* sed litterae *i* utroque loco suffixum est punctum, scil. delendi tignum.

cum etiam etc.) V et nonnullae edd. rec: *cum ad usum p. pertineret etiam ea aqua, quam p. duc.*

96 *positamque*) F J: *positam, quae.* B: *positamque, quae.*

numerum circa ductus extra Urbem, certum in Urbe servorum opificum habendi, et quidem ita, ut nomina quoque eorum, quos habituri essent in ministerio per quasque regiones, in tabulas publicas deferrent; eorumque operum probandorum curam fuisse penes Censores aliquando et Aediles, interdum etiam Quaestoribus eam provinciam obvenisse, ut apparet ex S. C., quod factum est C. Licinio Caesulla et Q. Fabio Censoribus.

---

certum in Urbe) Ita J et rec. (B: *et cert.*), item Pol. Sch. legit *intra Urbem.* At in tribus codd. et F video *centum ab Urbe. Centum* corruptum est ex *certum.* Sed quid statuendum est de illo *ab Urbe?* An hoc ita dictum, ut servus *a pedibus, a manu,* etc.? Cf. Art. 115: *servus a punctis.* Contra ea compara Art. 117: *aliquos extra Urbem esse oportet. Omnes in Urbe* etc.

et quid.) C: *ea quid.;* de qua varietate v. ad Art. 94. V F: *et qui ita.*

hab. essent) V: *sunt.* J et rec: *erant.*

penes Censores) Libri omnes *per Cens.* Quod nos exemplo Pol. et Sch. edidimus, emendatio est Pithoei (teste Opsop.), omnino probabilis, iam recepta a Pighio Ann. T. III. p. 130. Heinr. tamen rursus correxit *per.*

etiam Quaestoribus) V et edd: *Censoribus.* falso, cum modo legerimus: *penes Censores aliquando et Aediles.* Pithoeus correxit: *Consulibus.* perperam, opinor, munere hoc Consulibus iniuncto. Quare cum Pol. C V secutus sum, propterea quod ad Quaestorum magistratum talis cura magis pertinere poterat.

ex S. C. quod) Emendatio Pithoei est, ab interpretibus probata. Libri omnes *ex eo quod.* quod retinuere Corrad., Sch. (vertens: wie aus dem Vorgange unter den Censoren Licinius und Fabius erhellet) et Heinr.

C. Licinio Caesulla etc.) C: *clycynio* (i. e. C. Licinio) *c̄sule et fabio censoribus.* U: *C. Liciaio coesule* (sic) *et Fabio censoribus.* V: *C. Liciano cons. et Fabio cens.* Edd: *C. Liciano Cesula et M. Fabio Censoribus. Liciano* corruptela est, propagata ex obscura codicis U lectione *Liciaio* pro *Licinio.* Blondus Fabius l. c. exhibet: *C. Luctatio et Cesone Consulibus.* Hinc viri docti alii aliter locum constituerunt. Corrad: *C. Licinio Consule*

97 Quanto opere autem curae fuerit, ne quis violare ductus aquamve non concessam derivare auderet, cum ex multis apparere potest, tum ex hoc, quod Circus

---

et Q. Fabio Quaestoribus. Pithoeus: *C. Liciano Cesula et M. Fabio Coss.* Fuere Coss. a. U. 638 C. Licinius Geta et Q. Fabius Allobrogicus; iidemque anni 646 Censores. Unde Pighius (T. III. p. 130), Onuphrius et Sigonius Frontini verba sic refingenda esse iudicant: *C. Licinio Geta et Q. Fabio Censoribus.* assentiente Sch. Polenus contra nostrum scripsisse contendit; *C. Licinio et Q. Fabio Coss.* Tu vero non negliges scripturam codicum C U (in primis U) haud obscure nostris oculis oblatam una cum edd. vetustissimarum manifesta lectione *(Cesula,* a Pith. aestimata). *Caesulla* Festo testante vere cognomen Romanorum fuit, illudque P. Cornelio attribuendum esse loco Liv. XXV. 5, 4 suspicatus est J. Fr. Gronovius. En integrum Licinii nomen: *C. Licinius Caesulla Geta.*

97 *Quanto op.*) V et edd: *Quantopere.*

aquamve non) Ita C. Alii: *aquam ne non.* V F: *aquarum ne non.* Blondus Flavius Inst. Rom. II. p. 257. A: *aquarum nec non.*

et ex hoc) *et* restitui ex C, cum a ceteris libris absit.

ad Curatores) Blondus l. c.: *ad Imperatores.*

Mancipi etiam etc.) *Mancipiorum etiam, si cum eo, qui adv. legem* (faciebat,) *fecissent, multa dicebatur.* Profiteor tamen, me emendationem non pro certissima venditare. POL. *Mancipibus etiam, si cum eo, qui adv. legem, fecissent, multa dicebatur. Qui adv. legem,* scil. fecerat. cf. ad Art. 27. HEINR. Mancipia etiam (sc. publicabantur), si cum eo, quod adv. leg. fecissent, multa dicebatur. „nämlich wenn deshalb, dass sie gegen das Gesetz gehandelt, Busse erkannt werde." SCH. Et Pol. et Sch. ratio damnanda est, quum ob orationem, tum quod neque servos publicatos, neque iis multam dictam esse usquam constat. C: *Mancipi etiam si cum eo quem adv. legem fecisse multa dicebantur.* U: *Mancipii etiam si cum eo quem adv. leg. mueloca* (sic) *dicebatur.* V: *Mancipia etiam sicut eo quem adv. leg. invenire loco fuisse dicebantur.* F et ed. pr: *Mancipia etiam sicut ea, quae adv. leg. iure loco fecisse dicebantur.* J et rec: *Mancipia etiam sicut ea, quae adv. leg. mulcta loco fecisse dicebantur.* In his genuina sunt: *Mancipi etiam — multa dicebatur. Di-*

Maximus ne diebus quidem ludorum Circensium nisi Aedilium aut Censorum permissu irrigabatur: quod durasse etiam postquam res ad Curatores transiit sub Au-

---

cebatur corruptum primum ab eo est, qui *multa* genere neutro plur. numeri cepit; quod in codd. factum etiam Art. 129 duobus locis deprehendimus. Hoc autem vitium in societatem traxit alterum, quod infinitivo *fecisse* adhaeret. Media, foede partim et portentose depravata, primum, ceteris resecatis, sic emendanda putabam: *qui* (vel *si qui*) *adversus legem fecisset.* Sed altera emendatio, quam recepi, potior videbatur. Art. 129 lex ita fert: *si quid eorum servus fecerit, dominus eius HS centum millia populo det.* Facta a me mutatio fere nulla est: *cum eo quem* et *omnino quid* parum differunt, compendia respicienti; *servus* ob simillimam proximi voc. *adversus* partem a librariis omissum est; denique modus infinit. in libris saepissime exstat corruptus, ut Art. 104 V F *fecisse* pro *fecisset.* Art. 3 C *coepisse* pro *coepissent.* Art. 99 tres codd. *eguisse* pro *eguisset.* Art. 100 V *praeesse* pro *praeessent.* Art. 109 U V *superesse* pro *superesset.* Contra ex Art. 128 C *occupassent* pro *occupasse.*

In iisdem leg. etc.) Haec verba usque ad *Cuius rei causa* spuria sunt et additamentum manus grammaticae. HEINR.

iisdem) C: *isdem.* Idem Art. 100: *isdem*, et *isque* (pro *iisque*), item Art. 108: *idem* (pro *iidem*). Simplex *iis* plene ubique scriptum exhibet, sed aliquoties (velut bis Art. 100) puncto notatum.

adiectum) U: *edictum.*

oletato) V: *oleta.* F: *oletet.*

saliet) V J B: *salit.* Sch. legit *saliat*, haud cogitans, tempus futur. latius patere et imperativi futuri formae *oletato*, item futuro exact. *oletarit*, magis convenire.

oletarit) V F: *oletaret.*

decem millia) Ita C et Pol. Ceteri libri *millium.* hoc quoque rectum est, et quidem intellectu facilius. Sed cf. Art. 127: *poena HS dena millia essent.*

multa esto) C: *multatum esto.* V: *multa olerato vester esse olid.* F: *mulcta olet vestem tanti esse olid.*

iubebantur) F: *videbantur*, et infra *exire* pro *ex iis.*

binos) Sch. addit: *binos viros bonos.*

in publico) Edd. *in publicum.*

gusto, apud Atteium Capitonem legimus. Agri vero, qui aqua publica contra legem essent irrigati, publicabantur. Mancipi etiam, si omnino quid servus eius adversus legem fecisset, multa dicebatur. In iisdem legibus adiectum est ita: ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice saliet. si quis oletarit, sestertiorum decem millium multa esto. Oletato videtur esse olidam facito. Cuius rei causa Aediles Curules iubebantur per vicos singulos ex iis, qui in unoquoque vico habitarent praediave haberent, binos praeficere, quorum arbitratu aqua in publico saliret.

98 Primus M. Agrippa, post Aedilitatem, quam gessit Consularis, operum suorum et munerum velut perpetuus Curator fuit; qui iam copia permittente descripsit, quid aquarum publicis operibus, quid lacibus, quid privatis daretur. Habuit et familiam propriam, aquarum quae tueretur ductus atque castella et lacus. Hanc Augustus hereditate ab eo sibi relictam publicavit.

99 Post eum, Q. Aelio Tuberone, Paulo Fabio Maximo Coss., in re, quae usque in id tempus, quasi potestate

---

98 *velut)* U J et rec: *veluti.*

qui iam) Forte *quae etiam*, vel *quin etiam*, pro *qui etiam.* OPSOP.

propriam) Heinr. distinguit: *familiam propriam aquarum, quae tuer.*

hereditate) V et edd: *hereditatem.*

99 *Paulo Fab. M. Coss.*) Ita codd. At in I adiicitur *iterum:* perperam; nam istorum Coss. non fuit hic Consulatus secundus. Perperam etiam in edd. pro *Paulo* est *P.* Gessere autem magistratum a. U. 741. POL. Edd. post J: *iterum Coss.* V F: *cons. 1.* U: *cons. 2.* utrumque pro *Coss. iterum.* C: *Consulum reque.* Etiam V pro *Paulo* habet *P.*

quae usque in id) V F: *quae id usque.*

in re quae — eguisset) Anacoluthia, quasi scribere incepisset: *quum res —.* HEINR. In tribus codd. non est *eguisset*, ut in edd.

acta, certo iure eguit, Senatus consulta facta sunt ac lex promulgata. Augustus quoque edicto complexus est, quo iure uterentur, qui ex commentariis Agrippae aquas haberent, tota re in sua beneficia translata. Modulos etiam, de quibus dictum est, constituit, et rei continendae exercendaeque Curatorem fecit Messalam Corvinum, cui adiutores dati Postumius Sulpicius Praetorius et L. Cominius Pedarius: insignia eis quasi magistratibus concessa, deque eorum officio Senatus consultum factum, quod infra scriptum est.

Quod Q. Aelius Tubero, Paulus Fabius Maximus Coss. V. F. de iis, qui Curatores aqua- 100

---

fertur, sed *eguisse*. Atque ego ita sentio, manum Frontini fuisse *eguit*, et syllabam *se* ob seq. vocabuli initium per negligentiam a librario esse repetitam.

S. cons. facta) Sic emendavi. Codd. et J: *senatusconsulto acta sunt*. An: *Senatusconsulto actum est?* POL. Lege ex codd: *Senatusconsulto acta sunt*. quorum syntaxis est: Scto promulgata sunt acta (sc. Senatus) et lex. Nam quis nescit, acta Senatus promulgari solita fuisse? Suet. Oct. 36: ne acta Senatus publicarentur. Dio quoque de Caesaris actis, et alii. CORRAD. cuius rationem secutus est Sch. De Poleni emendatione non est dubitandum. Nam etiam Art. 100 in C legitur *senatusconsulto factum est* mendose pro — *tum;* item Art. 103 *Senatusque consulto* pro — *ta*. Cf. Cic. Fam. III. 3. ubi pro *Senatus consulta, quae facta sunt,* in quibusdam codd. legitur — *to*. Denique *acta* et *facta* hic ita se habent, ut Art. 19 *initur* et *finitur*.

Curatorem) V et F: *auctorem*.

Cominius) J: *Corvinius*.

insignia eis) V F: *pedarius in figura eius*.

magistratibus) U: *macerantibus*.

factum) U: *factum est*. V F: *factum quasi infra scriptum*.

Quod) Libri exordiuntur: *S. C. quod*. Sed quum illud *S. C.* turbet omnique nexu careat, atque etiam in Senatus consultis Art. 104. 106. 108. 125. 127 non appareat, hic quoque omisi. Idem delendum esse censui loco simillimo Art. 104. — V F: *S. C. a Caes. Aug. nominati essent*, mediis omissis. 100

rum publicarum ex consensu Senatus a Caesare Augusto nominati essent, ordinandis, D. E. R. Q. F. P. D. E. R. J. C. Placere huic

---

Paulus) Integrum nomen sic legitur in C hic, Art. 104. 106. 108. 125. 127. Ceteri libri sibi non constant, modo *Paulus*, modo *P.* exhibentes; plerique tamen illis locis omnibus praebent *P.*, vituperante iam Pighio Ann. T. III. p. 523. Quod hoc loco semel monuisse sufficiet. Praeterea Paris.: *Q. Fabius Maximus II Cos.*: quod tamen signum in ceteris Sctis non deprehenditur. Simile quid in nostris libris habuimus initio Art. 99.

ex consensu Sen.) U: *ex consulto Sen.* Paris. J et rec. item Brisson: *ex Sen. consulto.*

— *J. C.*) Tres codd: — *E. C.* cf. Annott.

cum eius rei) C: *cuius rei.* Sed attende seqq. *cum autem in Urbe eiusdem rei causa.*

agerent) C: *ageret.*

uti. Utique) Sic primus restituit Brisson. Libri: *lictoribus utique quibus.* Pithoei libri ex coniectura: *iisdem, praeterquam lictoribus, uti. Quibus app.*

deferrent) U J et rec: *deferrentur.* V F: *deferentur.* C: *deferenti.* Habet *deferrentur* aptum locum, deleto *eos*, aut mutato eo in *ii.* Sed omnibus libris in *eos* conspirantibus, praetuli Pithoei et Brissonii emendationem, a posterioribus receptam. Recte autem Pol. Brissonii correctionem *in diebus* reiecit; nam *diebus* est „intra dies."

delati) C: *dilati.*

Praetores) C: *Praetoris.* Scaliger: *praefecti.* At infra noster: *Praetoribus, qui aerario praesint.* Cf. Tacit. Hist. IV. 9 et Ann. I. 75. ubi consulas Intpp.

mercedem) Editores *mercedes.* At libri omnes *mercede*, scil. pro *mercedē* i. e. *mercedem*, quod iam editum video apud Casaub. ad Sueton. Octav. 36, ubi Frontini locus describitur. Sch. *mercede* retinuit.

dando) Edd: *danda.*

sine fraude sua facere) Sic C U. v. Annott. Polenus cum V et edd: *suas:* scilicet in mente erat formula *aliquid meum facio.* Et in eandem paene dicam ridiculam sententiam Pithoeus emendavit *sine fraude sua capere* i. e. accipere.

ordini, eos, qui aquis publicis praeessent, cum eius rei causa extra Urbem essent, lictores binos et servos publicos ternos, architectos singulos et scribas et librarios, accensos praeconesque totidem habere, quot habent ii, per quos frumentum plebei datur: cum autem in Urbe eiusdem rei causa aliquid agerent, ceteris apparitoribus iisdem, praeterquam lictoribus, uti. Utique, quibus apparitoribus ex hoc S. C. Curatoribus aquarum uti liceret, eos diebus decem proximis, quibus S. C. factum esset, ad aerarium deferrent; quique ita delati essent, iis Praetores aerarii mercedem cibaria, quanta Praefecti frumento dando dare deferreque solent, annua darent et attribuerent; iisque eas pecunias sine fraude sua facere liceret. Utique tabulas, chartas ceteraque, quae eius curationis causa opus esset iis Curatoribus praeberi, ea Q. Aelius, Paulus Fabius Coss., ambo alterve, si iis videbitur, adhibitis Praetoribus qui aerario praesint, praebenda

---

ceteraque) V: *ceterasque.* quod praecedentibus *tabulas chartas* debetur, et in F correptum in *caerasque* deprehenditur. Etiam ed. pr. Poleni et ed. vet. Opsopoei *caerasque;* ex quo Pithoeus effecit: *caeras, quaeque.* docte magis, quam vere.

quae eius cur.) V F: *quae exemplo cvr.*

praeberi, ea etc.) Scripti et editi: *quae — op. esset* (C: *essent*) — *praebenda — et* (F: *ea*) *praebenda locent.* Sch. loco mederi putabat sic: *quae — op. essent, ea curarent Curatoribus praebenda Q. Aelius — praesint et praeb. loc.* Alii alterum *praebenda* repetitioni deberi existimabant, sicut Heinr., qui legit; *quae — op. essent, iis Cur. praeberent. Q. Aelius — ea praeb. loc.* male. et Casaubonus, qui ad Suet. Octav. 36 sic exhibet: *quae — po. esset, iis Cur. praebenda. Q. Ael. — praesint, locent.*

101 locent. Itemque, cum, viarum quoque Curatores frumentique, parte quarta anni publico fungantur ministerio, ut Curatores aquarum

---

Aegre equidem a me impetrabam, ut librorum omnium lectionem prorsus aspernarer, et interpretari illa *quae op. essent praebenda* conabar ita, ut vim necessitatis, iam voc. *opus essent* inhabitantem, in „praebendi“ quoque verbum translatam, Frontinum augere voluisse statuerem. Attamen omnium optima utique mihi videbatur emendatio Brissonii, a Pol. recepta: *quae — op. esset* (Pol. *essent*) *iis Cur. praeberi, Q. Ael. — ea praebenda loc. Ea* est in F, et ni fallor etiam in ed. pr.; saepeque permutari *ea* et *et*, ad Art. 94 accepimus. Verum enimvero non potui, quin paulo aliam emendandi rationem sequerer. Nimirum *praeberi ea*, quod recipere visum, in codd. scribebatur *praeb'i ea*; quod fortasse antiquissimi librarii incuria in *praebēda* i. e. *praebenda* pessumdatum est: quo facto infra ad constructionem non intellectae sententiae male scilicet reparandam interpolatum est *et*.

si iis) V F om. *iis*.

101 *Itemque* etc.) Pol. vulgavit: *Itemque, cum viarum Curatores frumentique p. q. a. p. fungebantur m., ut Cur. aq.* etc. interpretatus: Itemque constitutum fuit, ut Cur. aquarum vacent iudiciis ea quarta parte anni, cum (i. e. quando, seu qua parte) Cur. viarum frum. publico fungebantur min. Idem, hanc periodum esse postremam S. C. partem iudicans, hoc iudicio deterritus est a Brissonio, illam pro S. C. parte non agnoscente. Profecto sic periodus, licet *Itemque* habeas in S. C. etiam Art. 104, S. C. habitu atque indole caret, vel ob *fungebantur*. Attamen est fortasse qui statuat, Frontinum in S. C. referendo perrexisse, explicandi autem gratia sententiam *cum — ministerio* de suo inseruisse. Sch. legit: *cum viarum Curatores, qui frumento quoque praeessent, parte q. a. p. fungerentur m., ut C. aq. vacarent pr. publ.* Senatus consulto omnia reddens. Cf. Sch. VI. 28 et 29. Quod non intelligo. Audiamus libros. C U: *cum viarum Curatoresque frumentique —*. V: *cum v. Curatoresque frumenti qui —*. F: *cum viarum frumenti Curatoresque qui —*. J et rec: *cum v. frumentique Curatores qui —*. Omnes denique: *fungebantur — vacent*. Unde nos veram Frontino sententiam restituisse putamus. Nimirum diversis vocabulis librarii pro suo quisque captu adnexuerunt *que* singulaque transposuerunt:

iudiciis vacent privatis publicisque. — Apparitores et ministeria, quamvis perseveret adhuc aerarium in eos erogare, tamen esse Curatorum videntur desisse inertiâ ac segnitiâ non agentium officium. Egressis autem Urbem dumtaxat agendae rei causa Senatus praesto esse lictores iusserat. Nobis circumeuntibus rivos fides nostra et auctoritas a Principe data pro lictoribus erit.

Cum perduxerimus rem ad initium Curatorum, non est 102
alienum subiungere, qui post Messalam huic officio ad

---

quae inconstantia potestatem nobis particulae etiam alio loco inserendae concedit; tum *funganlur* levissima mutatio est, quam S. C. natura efflagitat; denique *vacent* (pro quo Heinr. *vacarent)* respondet superiori *locent.*

erogare) Codd: *eroget.* quasi Frontinus reliquisset: *quamvis perseveranter adhuc aerarium in eos eroget.* Fortasse tamen sonus (*perseveret*) mendum provocavit.

tamen esse) Edd: *tamen etiam.* v. Annott.

desisse) Edd: *desiisse.*

Egressis) V: *Agressi.* Edd: *Egressi.*

agendae rei) V: *age: nec rei.* F: *agunt: nec rei.*

perdux.) V J B: *prod.*, probante Sch. 102

praefuerint) V F: *praefuerunt.*

Planco) V et edd: *Silio et Plaucio* (*Plautio*). Verum U: *Plano et Silvo.* C: *Plancus et Silius.* Coss. erant secundum Frontinum a. U. 764.

C. Asinio P.) Edd: *L. Martio*, *C. Ant.* Pighius (T. III. p. 553) L. Marcium fortasse Consulem suffectum fuisse suspicatur. Mihi vero, cum in tribus codd. lacuna relinquatur (*Capitoni . . . . . C. Antistio*), Polenum sequi satius videbatur, qui collegam ex Fastis supplevit. Erant Coss. a. U. 774.

Tarius Rufus) v. Annott.

Servio) C: *et Servio.* U: *et Segrio.* V: *et Segerio.* F: *et Sergio.* J B: *Sergio.* Erant Coss. a. U. 775.

D. Nervae avus) U: *Cocceius Nervae, diu, Nervae cuius scient.* V: *Nervae cuius scientia viris illustribus.* Etiam edd. om. *etiam.* Sch. (IV. 11) verba *scientia etiam iuris illustris* glossatoris esse

nos usque praefuerint. Messalae successit, Planco et Silio Coss., Atteius Capito; Capitoni, C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere Coss., Tarius Rufus; Tario, Ser-

---

contendit. Pol. laudat Tacit. Ann. IV. 58: *Cocceius Nerva, cui legum peritia.*

Aquilio etc.) Cf. Art. 13. Magistratum gesserunt a U. 789. C: *Aquila Junianus et Nonius Asprenate.* U V F: *Aquila Juniano et Non.* J et rec. (etiam qua usus est Pighius T. III. p. 566): *Laenati Juniano et Nonio Asprenate* (*Aspernate*) *Coss. Aquiln.*

Sex. Junio etc.) In Fastis Coss. suffecti ex Kal. Juliis, ex Frontini computatione a. U. 790. Sic enim restitutum volui. C: *serasinius celera . . . . tonio quintiliano.* U: *seras iunio celer a . . . ionio quint.* V: *senus iunio celeri iunio Quint.* Edd: *Sexto Nonio Celere et Junio Quint.* Pol. legit: *Servio Asinio Celere . . . . . Quint.* Sch: *Statilio Sisenna Tauro, Quinctio Crispino Coss.* Pigh. p. 536: *M. Furio Camillo, Sex. Nonio Quint.* qui fuere Coss. a. U. 760. — In praecedentibus tres codd. et F: *Cato huic successit. post quem S.* Ex quo Pol. effecit: *Cato; huic successit postea S.* Denique J et rec: *Asprenate Coss. Aquila. Huic successit M. Porcius Cato, post quem Sex.* Videlicet Jocundus transpositis vocabulis difficultates excutere molitus est.

A. Didius) Omnes libri (praeter C) habent nonnisi: *Didius Gallus.* Sed C: *adidius Gallius*; *Gallo.* Idem fuisse videtur, atque cuius Tacit. Agr. 14 et Ann. XII. 40 mentio fit.

Longo) U: *Longio.* V et edd. (item Pighius T. III. p. 580): *Longino.* Coss. erant a. U. 800. Cf. Tacit. Ann. XII. 5.

Lecanio) V F: *Licinio.* Cos. a. U. 815.

Marius) V: *Martius maior.* F: *Marius maior.*

Telesino) C: *Celestinus.* Cos. a. U. 817.

Albius Crisp.) U: *Alvius Cuspus.* J B: *Alipius Crisp.* Pighius p. 604 nominat *Vibium Crispum*, nescio quem librum secutus. Sch. (IX. 12) substituit: *Neratius Crispus.* cuius rationes sunt considerandae, cum mirum in modum tempus congruat.

Silvanus) F et ed. pr: *Silvinus.* J B: *Silvius.*

Messalino) Edd: *et Messalino Coss.* v. Annott.

vio Cornelio Cethego, L. Visellio Varrone Coss., M. Cocceius Nerva, Divi Nervae avus, scientia etiam iuris illustris; huic successit, Fabio Persico, L. Vitellio Coss., C. Octavius Laenas; Laenati, Aquilio Juliano et Nonio Asprenate Coss., M. Porcius Cato; huic successit post annum, Sex. Junio Celere et Nonio Quintiliano Coss., A. Didius Gallus; Gallo, Q. Veranio et Pompeio Longo Coss., Cn. Domitius Afer; Afro, Nerone Claudio Caesare IV et Cosso Cossi F. Coss., L. Piso; Pisoni, Verginio Rufo et Memmio Regulo Coss., Petronius Turpilianus; Turpiliano, Crasso Frugi et Lecanio Basso Coss., P. Marius; Mario, L. Telesino et Suetonio Paullino Coss., Fonteius Agrippa; Agrippae, Silio et Galerio Trachalo Coss., Albius Crispus; Crispo, Vespasiano III et Cocceio Nerva Coss., Pompeius Silvanus; Silvano, Valerio Messalino Coss., T. Ampius Flavianus; Flaviano, Vespasiano V, Tito III Coss., Acilius Aviola; post quem, Imperatore Nerva III et Verginio Rufo III Coss., ad nos cura translata est.

Nunc quae observare Curator aquarum debeat, et 103
leges Senatusque consulta ad instruendum eum pertinen-

T. Ampius) Codd: *Tampius*. Edd: *T. Anius*. Tacit. Hist. III. 10. II. 86.

Nerva III) U: *post quem Imperatorem Nervam.*

cura tr.) V F: *cura translata eam cum partiuncula subivi.*

quae) Edd: *quod* vel *quid.* 103

Sen. consulta etc.) C: *legem Sen. consulto ad inst. actum pertinentia.* F: *Sen. et consulta ad instituendum ius duc. aquae.* etiam V: *ad instituendum ius*, mediis omissis. De *Sen. consulto* dixi ad Art. 99. Sch. *ad instruendum acta pertinentia* (welche die Einrichtung des Geschäftes betreffen). Primum hoc non est latinum; deinde ex U lectione, *ad instruendum eum eum* (sic) *pertinentia*, illud *actum* codicis C corruptionis sortem tulisse iudico: scil. alterum *eum* punctis notatum, delendi signo.

duc. aquae) C: *ducende eaque*, i. e. *ducendae aquae.* U: *dicendi.*

tia subiungam. Circa ius ducendae aquae in privatis observanda sunt, ne quis sine litteris Caesaris, id est, ne quis aquam publicam non impetratam, et, ne quis amplius quam impetravit ducat. Ita enim efficiemus, ut modus, quem acquiri diximus, possit ad novos salientes et ad nova Principis beneficia pertinere. In utroque autem magna cura multiplici opponenda fraudi est. Sollicite subinde ductus extra Urbem circumeundi ad recognoscenda beneficia: idem in castellis et salientibus faciendum, ut sine intermissione diebus noctibusque aqua fluat; quod Senatus quoque consulto Curator facere iubetur, cuius haec verba sunt:

---

in privatis) i. e. inter privatos. Sch: *in privatos usus.*

observanda) Ex J et rec. Pol: *haec observ.*, quo vocabulo carere possumus.

ne quis) Hoc alterum *ne quis* ineptum; tum vv. *aquam publicam* alienum hic locum occuparunt. Lego: *ne quis aquam publicam sine litteris Caesaris, id est non impetratam,* —. HEINR.

impetravit) V et edd: *impetratum fuerit.* Sch: *impetraverit.* Bene.

Princ. ben.) C: *ben. Princ.*

Sollic. subinde) C: *est sollicites. sub inde ductus.* V: *sollicite subinductus.*

circumeundi) V: *et circ.* Ed: *sunt circ.*

et sal.) V et edd. om. *et.*

noctibusque) abest a codd. et F. Restituit illud ex J et rec. Pol., quia Art. 104 Senatus consulti verba sunt: *interdiu et noctu.*

Sen. quoque consulto) Sch., puncto post *fluat* posito, delet *quoque;* idem in seqq. pro *haec quoque verba* (quae est librorum omnium lectio) legit: *haec quaeque verba* (dessen ganzer Inhalt ist); quod nimis insolenter dictum. Unum *quoque* omnino est necessarium; de altero *quoque* abundante v. ad Art. seq. init.

haec quoque) Lego: *haecce.* Id scriptum *haecque* errore abiit in vulgatum. Ipse autem error docet eam per *CC* scripturam veterem et bonam habendam esse; quod quidem ex aliorum disputationibus disci adhuc non potuit. HEINR.

Quod Q. Aelius Tubero, Paulus Fabius Maximus Coss. V. F. de numero publicorum salientium, qui in Urbe essent intraque aedi- 104

Quod Q.) primi ex ingenio suo restituere Briss. et Opsop., cum a libris omnibus absit. Initium Senatus consulti Pol. defectum putat. Ego vero illa *quod Q.* a librario, nescio qua sorte, hoc loco mota ad finem Art. antecedentis transmigrasse, ibique in *quoque* esse depravata iudico. Idem S. C. exordium Art. 100. 106. 108. Cf. not. seq. 104

Coss. V. F.) C: *Consul. V. F.* pro *Consules V. F.*, ut reposuere Briss. et Opsop. U: *P. Fabius max. C. V. F. consules.* V F: *et Fabius max. C. V. F. cons.* Ceterae edd: *et P. Fabius max. O. V. F. consules.* Unde suspicabar: *Fab. Max. Coss. Q. V. F.* i. e. *quod verba fecerunt;* ut initio Senatus consulti illud *Quod* sit superfluum.

quos) scil. salientes, pro „et quos". Miror Sch. legere; *quae,* sc. aedificia.

fecisset) V et edd: *fecisse.*

Q. F. P. etc.) In V F, qui libri *de ea re ita censuerunt* plenis vocabulis exprimunt, adiiciuntur sigla: *C. I. C;* atque post eadem vocabula in U sigla haec: *E. L. C.* negligenti, opinor, repetitione.

placere) V F: *placet.*

numerum) abest a codd. tribus, ed. princ. et F. In J B est *numerus.*

retulere) Ita C, non *retulerunt.*

est imperat.) Briss.: *est datum.*

Itemque) V F: *Itaque.* v. ad Art. 101.

quos Caes. A.) Libri omnes: *quos S. C. (S. Cto) Caes. A.* In quo mendum subesse iam suspicabatur Polenus. Sch. sigla *S. C.* uncis inclusit. Recte. Delenda eodem iure sunt, ac simillimo loco Art. 100 in fronte Senatus consulti.

interdiu) V F: *interdum.* U: *interdiei.*

his temp.) U V G: *iis.* Bene. Quamquam *his* quoque rectum est, scil. temporibus, de quibus hic sermo est.

perduceretur) V et edd: *perduceretur.*

capere non videbantur) C: *videbant.* quasi fuerit *videbantur.* Atqui recte: aqua non videbatur. Sch. III. 4: *pati non vid.*

ficia Urbi coniuncta, quos M. Agrippa fecisset, Q. F. P. D. E. R. J. C. Neque augeri placere neque minui numerum publicorum salientium, quos nunc esse retulere ii, quibus negotium a Senatu est imperatum, ut inspicerent aquas publicas inirentque numerum salientium publicorum. Itemque placere, Curatores aquarum, quos Caesar Augustus ex Senatus auctoritate nominavit, dare operam, ut salientes publici quam assiduissime interdiu et noctu aquam in usum populi funderent. — In hoc S. C. crediderim annotandum, quod Senatus tam augeri quam minui salientium publicorum numerum vetuerit. Id factum existimo, quia modus aquarum, quae his temporibus in Urbem veniebant, antequam Claudia et Anio Novus perducerentur, maiorem erogationem capere non videbatur.

105 Qui aquam in usus privatos deducere volet, impetrare eam debebit et a Principe epistolam ad Curatorem afferre;

---

105 *debebit*) V J: *debet.* Corrigit Heinr: *debebit a Princ. et epist.*

Ti. Claudius) C: *Titus Cl.;* U V F: *T. Claud.* — Periodum *Procuratorem — induxit* Sch. delet.

Claudiam) Edd: *Claudias.*

vilicis) In C. *uilici! fieri,* i. e. *vilicis fieri,* ita exaratum est, ut *uilici* (= *iulici*) proxime accedat ad *iulia,* ut videmus in U aliisque libris, ex quo alii nomen proprium *Julia* fecerunt. Quod ad formam attinet, C ubique (bis Art. 112 et semel Art. 117) exhibet *vilicus,* non *villicus.*

negligentiam) C: *neglegentiam,* ut Art. 130 *neglegentia.* Sed idem Art. 117: *neglig.*

defendant) V et edd: *defendat.* Sch: *villico — defendat.*

libratoribus) V: *littoribus.* F: *lictoribus.*

cogitet; *dilig.* etc.) Pol. vulgavit: *cogitet, et diligenter* (ex J et rec.) *intendat — modum; et earum notit.* (ex J et rec.) Suspi-

Curator deinde beneficio Caesaris praestare maturitatem et Procuratorem eiusdem officii libertum Caesaris protinus scribere. Procuratorem autem primus Ti. Claudius videtur admovisse, postquam Anionem Novum et Claudiam induxit. Quid contineat epistola, vilicis fieri quoque notum debet, ne quando negligentiam aut fraudem suam ignorantiae colore defendant. Procurator calicem eius moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus signari cogitet, diligenter intendat mensurarum, quas supra diximus, modum et earum notitiam habeat: ne sit in arbitrio libratorum, interdum maioris luminis interdum minoris, pro gratia personarum, calicem probare. Sed nec statim ab hoc liberum subiiciendi qualemcumque plumbeam fistulam permittatur arbitrium, verum eiusdem luminis, quo calix signatus est, per pedes quinquaginta, sicut Senatus consulto, quod subiectum est, cavetur.

Quod Q. Aelius Tubero, Paulus Fabius Maximus Coss. V. F., quosdam privatos ex 106

---

catur tamen, locum esse valde depravatum. Etenim a tribus codd. et F abest *et* (ante *dilig.*), et post *modum* pergitur: *et posuimus notitiam habeat* (C: *et posuimus. Notitiam hab.*) v. Annott.

in arbit.) V F: *ibi arb.*

nec st. ab hoc) Pol. edidit *neque.* Nos C U secuti sumus. VF: *ne.* Ceterae edd: *neque statim adhuc.* Heinr. corrigit *ob hoc.* v. Annott.

permittatur) V F: *permittunt.* Ceterae edd: *permittat.*

per pedes qu.) Ita C U, Pol. et posteriores. V: *propedet* 2^{a} (i. e. L^{a}, i. e. quinquaginta). Etiam corruptius F: *propedit. II.* Denique J et rec: *eandem* (al. *eund.*) *per pedes qu. prope det.*

subiectum) Edd. rec: *subiiciendum.*

Quod Q. Aelius) V F: *Quod Aelius.* U: *Quod II Elius.* J: *Quod Q. Caelius.* 106

R. J. C) V et edd. rec: *R. U. J. C,* in quibus *U* est „universi". Hoc quoque in S. Ctis occurrit; sed meliores libros secutus sum.

ex cast. ducerent) V F: *ex cast. publicis.* quod recepit Sch. C: *ducerentur.*

rivis publicis aquam ducere, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. J. C. Ne cui privato aquam ducere ex rivis publicis liceret: utique omnes ii, quibus aquae ducendae ius esset datum, ex castellis ducerent, animadverterentque Curatores aquarum, quibus locis intra extra Urbem apte castella privati facere possent, ex quibus aquam ducerent, quam ex castello communem accepissent a Curatoribus aquarum: neu cui eorum, quibus aqua daretur publica, ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam subiicere, quam quinariam. In hoc S. C. dignum annotatione est, quod aquam nonnisi ex castello duci permittit, ne aut rivi aut fistulae publicae frequenter lacerentur.

107 Jus impetratae aquae neque heredem neque emptorem neque ullum novum dominum praediorum sequitur.

---

communem) Lego *ex cast. communi.* HEINR. Cf. Annott.

neu cui) Libri *ne qui.* Brisson. et posteriores editores *ne cui.* Sch. *neque cui.*

subiicere) V F: *ducere.*

annotatione) Libri *admiratione,* praeter C, qui *adnotatione.* De verbo *annotare* diximus ad Art. 74.

lacerentur) C: *locerentur.* F et ed. pr: *licerentur.* J et rec: *lacerarentur.*

107 *dominum*) C U *hom.*

Balneis, quae) F J: *balneisque.* J et rec: *publicae.* Opsop. annotat: „forte scribendum *quibus publice lavarent.*“ In exquisito dicendi genere nihil mutandum. Heinr: „*lacerent,* i. e. lavationem praeberent.“

Sic ex) Libri omnes *Sicut ex,* praeter C, quem cum Pol. secutus sum. Sch: *Sic etiam ex.*

Nunc omnis — beneficium) Spuria videtur: nam cui dixisset haec, qui nesciret? HEINR.

cum poss.) V F: *aquae quae poss.*

Balneis, quae publice lavarent, privilegium antiquitus concedebatur, ut semel data aqua perpetuo maneret. Sic ex veteribus Senatus consultis cognoscimus, ex quibus unum subieci. Nunc omnis aquae cum possessore instauratur beneficium.

Quod Q. Aelius Tubero, Paulus Fabius Maximus Coss. V. F., constitui oportere, quo iure extra intraque Urbem ducerent aquas, 108

Q. Aelius) V F om. *Q.* In C est: *Quod que Alius.* 108

oportere) U V F: *oportet.* J B: *oporteret.*

extra intraque) Ita V et edd. et ex his Brissonius. Pol. ex U dedit *intra extraque.* At C praebet *intra qui* . . . . (non *intra* . . . . *qui*, Pol. referente), i. e. *intraque*, ante quod *extra* excidisse apparet.

aquas, quibus) Edd. rec. et ex his Briss. et Pol: *aquas ii, quibus.*

Q. D. E. etc.) Tres codd. et F: *Q. D. E. R. J.* (sic, non *F;* et in ed. Flor. est *L.*) *P. D. J.* B habet: *Q. D. E. R. F. P. D. E. J.* Denique J ita legit, ut edidimus post Briss. Pol. alios, et ut in ceteris S. Ctis habuimus.

uti iis usque etc.) C: *ut ius eoque*, i. e. *uti iis eoque*, ut videmus in U V F J. Sed in emendationibus erratorum Jocundus legit *uti iis quoque*, quod in alias deinde edd. (v. g. B) transiit, et a Brisson. retentum est. Quod quum nihili sit, Pol. emendavit *usque*, i. e. usque eo: quae locutio utique est latina. Corrad: *eousque.* Sch: *uti iis eoque maneret et attributio aquarum*, — *quoad* etc. (Dass das Recht, und daher auch die Anweisung von Wassern — so lange verbleiben möge, wie dieselben etc.)

exceptis — nomine) Non habent suum locum, et sunt collocanda in fine. Cf. Art. 34: *exceptis his quattuor* etc. Iterum transpositio in S. C. infra Art. 127: *per quae — corrump.* Nb. Victorinus de Orthogr. ap. Perizon. Anim. Hist. p. 430. HEINR. C U: *exceptis quam in us.*

balnearum) Art. 94: *balnearum.* Art. 107: *balneis.* Pol. ex edd: *balineorum.*

Aug. nomine) U: *austus* (corrupt. ex *augustus*) *nomine.* C: *haustus nomine;* introducta littera *h* ex more, de quo ad Art. 33.

quibus attributae essent, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. J. C. Uti iis usque maneret attributio aquarum, exceptis quae in usum balnearum essent datae aut Augusti nomine, quoad iidem domini possiderent id solum, in quo accepissent aquam.

109 Cum vacare aliquae coeperunt aquae, annuntiatur et in commentarios redigitur, qui respiciuntur, ut petitori-

---

Tamen Sch. legit: *haustus* (unter dem Titel des Schöpfens). Diserte V: *augustus.* et edd. omnes *Augusti.*

id solum) V: *a sol.* F J: *ad sol.*

in quo) Sch. et Heinr. proponunt *in quod.*

109 *aliquae*) C U: *aliaeque.*

coeperunt) V: *ceperint.* Sch: *coeperint.*

annunt.) V F: *abnunt.* Pergit V: *in com.* om. *et.* Edd: *in commentariosque.*

intercidere) Ed. pr: *introducere.* J: *interdicere.* Praestat codd. lectio, quam mihi ille tantum dubiam faceret, qui legere mallet *intercipere.* POL. Etiam V B et al. rec: *interdicere.* F O: *introducere.* Sch. (cf. IV. 1 fin.) legit: *Has aquarii statim interdicere solebant. Aquarii* correxit, ut haberet, quo referret *solebant;* quanquam vertere poterat „man pflegte". Cf. Annott.

medio temp.) Fd. pr: *modo et temp.* F: *modo temp.*

al. etiam. Hum. visum) Codd., ed. pr. et ed. vet. Opsopoei aliaeque ante J: *al. etiam. Hum. etiam visum.* Secutus sum Opsopoeum, prius *etiam* retinentem, posterius delentem. Dubitavi tamen, num *Humanius autem* esset restituendum. Jocundus prius *etiam* delevit. POL. Codd. assentitur F. Editiones post J: *aut aliis. Hum. etiam.* quae transponere placet ita: *etiam aliis. Hum. autem.* Atque cum in J exprimatur *Humanius ēt* (i. e. etiam), Sch., permutatum hoc cum *āt* (i. e. *autem*) iudicans, reposuit *Humanius autem.*

dierum) om. in U V.

dispertirent) C U: *pertineret. De aqua.* V F: *pertinet de aqua.* Lacunam hic esse, senserunt vetustissimi editores: quam primus explevit Iocundus sic: *pertineret, irrigarent.* Corrad. et Sch. reponunt *providerent,* Heinr. *peterent.* v. Annott.

bus ex vacuis dari possint. Has aquas statim intercidere solebant, ut medio tempore venderent aut possessoribus praediorum aut aliis etiam. Humanius autem visum est Principi nostro, ne praedia subito destituerentur, triginta dierum spatium indulgeri, intra quod ii, ad quos res pertineret, dispertirent.

De aqua in praedia socierum data nihil constitutum invenio: perinde tamen observatur ac iure cautum, ut, dum quis ex iis, qui communiter impetraverunt, superesset, totus modus praediis as-

---

nihil const.) V F: *nisi const.*

perinde—ac) V F: *proinde.* v. Annott.

superesset) U V: *superesse.*

modus pr. ass.) V: *modus . . . . . asse pronatus.* F: *modus integro . . . . assi pronatus.*

desisset quisque) Leg. *cum desiisset esse quisque ex iis, quibus datum erat possidere.* De *desiisset esse* Brisson. v. *desino.* HEINR. v. Annott. C U: *desisset quisquam.* V F J: *dedisset*, i. e. desisset. Sic Art. 103 tres codd. *desisse.* Pol. ex sua J et edd. rec: *desiisset.* Pro *possidere* U habet *praesidere.* V et edd: *erat datum.* Iidem *ex his.*

Imp. aquam) Libri omnes *Impetrata aqua.* Tum C: *palam st*, i. e. palam est. quod compendium librarius codicis U corrupit in litteras *s. e.*, codicis V in *S.*, altera littera omissa; ex quo editores sibi effinxerunt *S. cons.* et *S. consul.;* cui S. Cto videlicet perperam patrocinatur Corrad. Denique *oportere* in edd. rec. pessumdatum in *oportet.* Palam est, in codd. librarios per incuriam neglexisse litteris finalibus *a* vocabulorum *impetrata aqua* lineolam illam transversam imponere; quam quum in vocabulo *impetrata* in C Polenus vidisse testetur, hic codex integram Frontini manum servare apparet, cuius haec est syntaxis: palam est, aquam duci non oportere.

alio) Sch: *in alia.*

quam ex quo) V et edd: *quam quo ex ep.*

continebit) Ita ex C Pol. Ceteri libri *contrahebat.* Sch: *concedebat.* Cf. Annott.

prohibetur) F J: *prohibent.*

signatus flueret, et tunc demum renovaretur beneficium, cum desisset quisque ex iis, quibus datum erat, possidere.

Impetratam aquam alio, quam in ea praedia, in quae data erat, aut ex alio castello, quam ex quo epistola Principis continebit, duci palam est non oportere, sed et mandatis prohibetur.

110 Impetrantur autem et eae aquae, quae caducae vocantur, id est aut ex castellis aut ex manationibus fistularum. Quod beneficium a Principibus parcissime tribui solitum. Sed fraudibus aquariorum obnoxium est. Quibus prohibendis quanta cura debeatur, ex capite mandatorum manifestum erit, quod subieci.

111 Caducam neminem volo ducere, nisi qui meo beneficio aut priorum Principum habent.

---

110 *et eae*) V et edd: *et hae.*

id est aut etc.) Tres codd. et edd. vetustissimae: *id est quae aut ex cast. aut ex man.* Inter quae verba post *castellis* Iocundus primus sua manu inseruit *effluunt,* eumque secuti sunt editores posteriores omnes (et inter alios viros doctos etiam Forcellin. in v. *caducus.* Scalig. in Coniect. ad Varr. L. L. IV. Rhodigin. Lect. Ant. XIV 14). Dicit quidem noster Art. seq.: *ex castellis aliquam partem aquae effluere.* Sed minus bene illud verbum convenit illis *ex manationibus,* etiamsi praepos. *ex* interpreteris „durch, in Folge." Corrad. et Sch. codd. lectionem retinent. Ego quoque libros secutus sum, sed necessario etiam deleto pronom. *quae,* nimirum repetito a librariis ex praecedentibus. Intelligas autem: aquae, quae caducae vocantur, id est, caducae (cadentes, quae cadunt) aut ex castellis, aut caducae ex manationibus fistularum.

Sed fraud.) Lego: *et fraud.* HEINR. — *erit*) U: *erat.*

111 *Caducam*) U: *Caducum.* V F: *Caducum nec etiam volo.*

Nam) U V F: *Non.* Scilicet eodem saepe compendio *n* (linea transversa imposita) exarabantur.

effluere) F: *affluere.* — *pertineat*) U: *pertraheat.*

abluendarum) Foedissime in V F pergitur: *abluendarum innati usus pertinebant. Non ab re est, quaedam ex iis quibus circum-*

Nam necesse est ex castellis aliquam partem aquae effluere; cum hoc pertineat non solum ad Urbis nostrae salubritatem, sed etiam ad utilitatem cloacarum abluendarum.

Explicitis, quae ad ordinationem aquarum privati usus 112
pertinebant, non ab re est, quaedam ex iis, quibus circumscribi saluberrimas constitutiones in ipso actu deprehendimus, exempli causa attingere. Ampliores quosdam calices, quam impetrati erant, positos in plerisque castellis inveni, et ex iis aliquos ne signatos quidem. Quotiens autem signatus calix excedit legitimam mensuram, ambitio Procuratoris, qui eum signavit, detegitur: cum vero ne signatus quidem est, manifesta culpa omnium, maxime accipientis, deprehenditur, deinde vilici. In quibusdam, cum calices legitimae mensurae signati essent, statim amplioris moduli fistulae subiectae fuerunt: unde acciderat, ut aqua, non per legitimum spatium coercita, sed per breves angustias expressa, facile laxiorem in proximo fistulam impleret. Ideoque illud adhuc, quotiens signatur calix, diligentiae adiiciendum est, ut fistulae quoque proximae per spatium, quod Senatus consulto

---

scribi Explicitis quae ad ordinationem aquarum saluberrimas constitutiones etc.

ipso actu) F: *auctu.* J et rec: *ipso rei actu.* 112

inveni, et ex iis) C: *inveniet, ex iis.* U: *inveniet* ex *his.* scil. confuse pro: *inveni, et ex iis.* Quod quum non intelligerent, deleto *et,* scripserunt *inveni, ex iis,* ut deprehenditur in V F; in quibus pergitur: *ex iis alii quos.*

manifesta) Ego: *manifesto.* HEINR.

acciderat) C: *acciderant.* — *coercita*) U V: *cohercita.*

breves) Tres codd. et F: *brevis.* Edd. rec: *leves.* quod quum etiam Fabritius Num. 235 in sua ed. legisset, de suo correxit *breves,* ut est in J.

proximae) U: *proxumae.* sed idem supra *proximo.*

excusatione) C: — *nem.*

comprehensum diximus, signentur. Ita demum enim vilicus, cum scierit, non aliter quam signatas collocari debere, omni carebit excusatione.

113 Circa collocandos quoque calices observari oportet, ut ad lineam ordinentur, nec alterius inferior calix, alterius superior ponatur. Inferior plus trahit; superior, quia cursus aquae ab inferiore rapitur, minus ducit. In quorundam fistulis ne calices quidem positi fuere. Hae fistulae solutae vocantur, et, ut aquario libuit, laxantur vel coartantur.

114 Adhuc illa aquariorum intolerabilis fraus est: translata in novum possessorem aqua, foramen novum castello

---

113 *oportet*) C: *oportere.*

inferior) Tres codd: *interior.* At agitur de calice *inferiore* et *superiore,* non de *interiore* et *exteriore,* qui nihili sunt.

Inf. plus trah.) C: *Instrior perlustrabit.* V F: *plus trahit superiore, quia.* quod tolerari posset, si pergeres: *qui, quia curs.;* sed mutatione opus non est.

quorundam) sc. privatorum. Sch: *In quibusdam fist.*

fuere) U V: *fuerunt. — solutae*) U V: *solitae.* F: *solidae.*

et, ut — coartantur) Haec verba neque in U neque in V, neque in ulla ed. ante J reperiuntur: quod incuria librariorum, versum in describendo praetermittentium, contigit: nam in C leguntur, atque a Jocundo recte quidem fuere restituta. POL.

114 *intolerabilis*) Sch. corrigit: *aquariorum intexta bina fraus est,* „Hiezu bedienen die Wasserer sich folgender doppelten Schelmerei“!

translatâ—aquâ) V F et ed. pr: *aquae.* J et rec: *translatae — aquae.*

extrahunt) V F: *extra habeat.* J et rec: *extrahant.* quod praetulit Sch. Bene; sed alterum quoque rectum esse intelligitur. Cf. Art. 126: *Arbores magis nocent, quarum radicibus—latera solvuntur.* ubi exspectes *solvantur.* Modus indicat. est simpliciter narrantis et referentis.

crediderim) V F: *reddiderim.*

sine causa) i. e. sine iusta causa, i. e. temere. Sch. corrigit *sine calice.*

imponunt; vetus relinquunt, quo venalem extrahunt aquam. In primis ergo hoc quoque emendandum Curatori crediderim; non enim solum ad ipsarum aquarum custodiam, sed etiam ad castelli tutelam pertinet, quod, subinde et sine causa foratum, vitiatur.

Etiam ille aquariorum tollendus est reditus, quem 115
vocant puncta. Longa ac diversa sunt spatia, per quae fistulae tota meant Urbe, latentes sub silice. Has comperi per eum, qui appellabatur a punctis, passim convulneratas omnibus in transitu negotiationibus praebuisse peculiaribus fistulis aquam: quo efficiebatur, ut exiguus modus ad usus publicos perveniret. Quantum ex hac

---

puncta) V et edd., etiam Caelius Rhodiginus Antiq. Lect. XVIII. 115
40: *punctam.*

convulneratas) V et edd: *convulneratis.* immo ad *fistulas* referendum. Art. 27: *ne in viis saepius convulnerentur fistulae.*

in transitu) i. e. secundum quas negotiationes fistulae sub silice praeterfluunt. V F: *in transitum.*

negotiationibus) Sic codd. et F; atque ita potuisse Frontinum scribere putat Opsop. legitque Sch. vertens „Kaufläden." v. Annott. Graevius Praefat. ad T. IV. Ant. Rom. emendat: *convulneratis foraminibus in transitu petitoribus.* J et rec: *negotiatoribus.*

efficiebatur) V F: *efficiebant.*

perveniret) V F: *prov.*

ex hac emendatione) Sic emendavi. Operam perdit Pol., ex librorum lectione *quantum ex hoc modo aquae serv.* idoneum sensum eruere laborans. Cum in J et rec. pro *servatum* legatur *sublatum*, Sch. hoc verbum reposuit: quod pariter non intelligo. Natum vitium ex compendio. De sensu v. Annott.

sublatis) Libri: *plumbi sublati eiusmodi ramis.* Sch: *ablati.* Praestat, quod Pol. in mentem venit proposuitque Heinr. *sublatis.* Solemne librariorum, quomodo verba inter se referenda sint non curantium, vitium est, ut exitus vocabuli proximi vocabuli exitum pessundet.

redactum) J et rec: *reductum.*

emendatione aquae servatum sit, aestimo ex eo, quod aliquantum plumbi, sublatis eiusmodi ramis. redactum est.

116 Superest tutela ductuum; de qua priusquam dicere incipiam, pauca de familia, quae huius rei causa parata est, explicanda sunt. Familiae sunt duae, altera publica, altera Caesaris. Publica est antiquior; quam ab Agrippa relictam Augusto et ab eo publicatam diximus: habet homines circiter CCXL. Caesaris familiae numerus est CCCCLX; quam Claudius, cum aquas in Urbem per-

117 duceret, constituit. Utraque autem familia in aliquot ministeriorum species diducitur, vilicos, castellarios, circi-

---

116 *quae*) om. V. — *parata*) U: *parta.*

ab Agr. relictam Aug.) Vet. ed: *quam Agrippae ab Augusto relictam.* falso. Veritati congruet praepositionis translatio hoc pacto: *quam ab Agrippa Augusto relictam.* Sed et vulgata lectio, *quam Agrippae Augusto relictam,* commoda est, si passivo casu nomen Agrippae sumas. OPSOP. Ita codd. et J, nisi quod in hac praecedens *est* desideratur, et verbum *relictam* transponitur. Quaedam edd.: *quam Agrippae Augusto relictam.* POL. Quibusdam illis edd. annumera etiam meas post J. Cum ed. Opsop. faciunt V F; quae rem in contrarium vertunt. J (Schultzii): *quam ab Agrippa Augusto relictam.* Secutus sum C et U, respiciens Art. 98: *Hanc Augustus, hereditate ab eo sibi relictam, publicavit.*

CCXL) Sch. VI. 34: *homines MCXL.*

familiae) C: *familia.*

CCCCLX) Lipsius de Magnit. Rom. III. 11 exhibet: *CCCLX.* fortasse vitio typographi.

constituit) V: *constat.* F: *constat fecisse.*

117 *diducitur*) Codd. et edd. vet., item Pol. et posteriores editores: *deducitur.* Sed B et al. rec: *did.* Quod rectius iudico, quum sit „dividere." *Diducere in species* legimus ap. Quintil. II. 14. cf. Forcellin. in v. Nec aliter exhibet locum Lipsius ad Tacit. Ann. XV. 43. emendatque Heinr.

castellarios) V F O: *castellanos.*

circitores) Ita solus C, cum in ceteris libris sit *curatores.*

ad ea) U: *adit ea.*

Omnes in Urbe) V F: *Omni.* C: *in Urbem.*

tores, silicarios, tectores aliosque opifices. Ex his aliquos extra Urbem esse oportet ad ea, quae non sunt magnae molitionis, maturum tamen auxilium videntur exigere. Omnes in Urbe circa castellorum et munerum stationes opera quaeque urgebunt, in primis ad subitos casus, ut ex compluribus regionibus, in quam necessitas incubuerit, converti possit praesidium aquarum abundantius. Tam amplum numerum utriusque familiae, solitum ambitione aut negligentia praepositorum in privata opera diduci, revocare ad aliquam disciplinam et publica ministeria ita instituimus, ut pri[illegible], quid esset actura, dictaremus, et quid quoque die egisset, actis comprehenderetur.

Commoda publicae familiae ex aerario dantur: quod 118
impendium exoneratur vectigalium reditu ad ius aquarum

---

op. quaeque) J et rec: *operaque quae.*

compluribus) Ita libri omnes. Pol. tamen edidit: *quampluribus* Sch: *quamplurimis.*

in quam) U V F et rec: *in quas.* cf. Annott.

abundantius) Leg. *abundantium.* HEINR.

amb. aut negl.) Tres codd: *ambitionem aut negligentiam.* vitio frequenti.

diduci) i. e. ab officio passim diversasque in partes distrahi. Sed in U est *deduci;* quod ob sequens *revocare* non minus placet. Revocandi sunt ad officium, qui ab eo deducti, i. e. abducti, abstracti sunt.

et publ.) *et ad publ.* HEINR.

actura) V: *dicturum.* F: *dicturus.*

quoque) Ita C. In ceteris *quaque.*

Commoda) in codd. et edd. ante J deest. Sed quoniam infra 118
scribitur *Caesaris familia ex fisco accipit commoda,* illud ex J retinui. POL. *Commoda et decretae pecuniae*, „Besoldungen und Geldanweisungen." SCH. Deest potius *mercedes,* ut est in S C. Art. 100. Commoda sunt militiae. Tamen v. infra *accipit commoda.* HEINR. Falsum est, in C deesse vocabulum, cum meismet oculis ego videam haud obscure scriptum *Quoma,* ita tamen, ut

pertinentium. Ea constant ex hortis aedificiisve, quae sunt circa ductus aut castella aut munera aut lacus.

---

litterae *u* vestigia tantum deletura manus reliquerit, et littera *a* litterae *m* superimposita sit. Consideres velim, simili sorte Art. 7 *commodo* periisse compendio. De *commodis* v. Annott.

exoneratur) Keuchenius probat *erogatur*, quod in aliis libris se invenisse testatur, affertque verba Frontini in fine huius Art. posita: *unde omnes impensae erogantur:* unde apparet, eum *erogare* capere pro „solvere." Sed quum in meis libris nulla sit lectionis varietas, tum uterque locus inter se diversus est.

constant ex hort. aedif.) C: [illegible]*tat ex olie. difficiisve.* U: *constat exoliedicisve.* V: *constat exoli edicis.* F O et ed. pr: *constat ex olivetis.* J et rec: *constat* (al. *constant*) *ex ortis* (al. *hortis*) *aedificiisve. Constat* pro *constat.* Ea vectigalia constant ex etc. Etiam *de aedificiisve* non est dubitandum; ut quaeratur tantum de altero vocabulo, quod illi praecesserit. Pol. lacunam reliquit. „Loca" desiderantur „ad vectigal pertinentia" (quae ipsius Frontini verba infra sequuntur). Quum librorum monstrum omnis spei sit vacuum (*olivetis* fictum ex *oledicis*), Art. 129 autem commemorentur *vites, arbores, villae, aedificia,* ad aquae ductus pertinentia omnia; aut ex isto loco in promptu est cum Corrad. Sch. et Heinr. restituere *ex villis* (— ut villa significet domum cum adiecto fundo vel horto), aut ex J *ex hortis.* Verum quum Frontinus saepissime hortorum aquae ductibus adiacentium mentionem faciat, hoc praeferendum duxi. *Ex hortis,* in quibus erant vites et arbores, villis, aedificiis maceriisque inclusae: de quibus Art. 129.

sestert. duc. qu. mil.) Ita C et U, item Pol. In V et edd. est: *sestertium CCL millium.* Sch: *sestertii C.CL millium,* „10,150,000 Sestertien".

alienatum) C U: *alientem.* Ex quo Corrad. fecit *alio euntem,* Pol. *alienatum.* V et edd: *salientem.* cui favet Sch. v. Annott.

conversum) C: *cversum,* i. e. *conversum.* Ex quo in U factum: *e versum,* i. e. *est versum.* Deinde in V et edd. transiit *versum,* omisso *est.*

constaret) Libri *constarent.*

accipit) V F: *accepit.*

erogantur) F: *erogabantur.* ut in aliis quoque libris invenit Keuchen.

Quem reditum prope sestertiorum ducentorum quinquaginta millium, alienatum ac vagum, proximis vero temporibus in Domitiani loculos conversum, iustitia Divi Nervae populo restituit, nostra sedulitas ad certam regulam redegit, ut constaret, quae essent ad hoc vectigal pertinentia loca. Caesaris familia ex fisco accipit commoda; unde et omne plumbum et omnes impensae ad ductus et castella et lacus pertinentes erogantur.

Quoniam quae videbantur ad familiam pertinere ex- 119
posuimus, ad tutelam ductuum, sicut promiseramus, divertemus, rem enixiore cura dignam, cum magnitudinis Romani imperii id praecipuum sit indicium. Multa atque ampla opera subinde nascuntur, quibus ante succurri debet, quam magno auxilio egere incipiant. Plerumque tamen prudenti temperamento sustinenda; quia non semper opus aut facere aut ampliare quaerentibus credendum est. Ideoque non solum scientia peritorum, sed et proprio usu Curator instructus esse debet, nec suae tantum stationis architectis uti, sed plurium advocare non minus fidem, quam subtilitatem, ut aestimet, quae repraesentanda, quae differenda sint, et rursus, quae per redemptores effici debeant, quae per domesticos artifices. Nascuntur opera ex his causis: aut quid vetustate cor- 120

---

promiseramus) C: *promiseram.* scil. pro — *am'* i. e. *amus.* 119
divertemus) V F: *divertamus.* J et rec: *divertimus.*
enixiore) C U: *enixiorem.*
id praec.) C: *ut pr.* V F: *ad principium sit initium.*
sustinenda) In emendatione erratorum ad finem ed. Joc. legitur: *pleraque tamen — sustinenda sunt.* eaque a posterioribus editoribus vulgata est lectio. Sch. *sunt sustin.*
quia non semp.) U: *qui ante semp.* V F: *quia ante super.*
aestimet) U: *existimet.*
per redemptores) Excidítne *ductus?* HEINR.
ex his caus.) Tres codd: *ex in* (pro *iis*) *caus.* J et rec: 120
fere ex his caus.; in quo voc. *fere* huc translatum videtur ex initio Art. seq.

rumpitur, aut impotentia possessorum, aut vi tempestatum, aut culpa male facti operis, quod saepius accidit
121 in recentibus. Fere aut vetustate aut vi tempestatum partes ductuum laborant, quae arcuationibus sustinentur aut montium lateribus applicatae sunt, et ex arcuationibus

---

aut quid vet. etc.) Pol. ex J et rec. vulgavit: *nam aut vet. corrumpuntur.* Tres codd: *aut vet. corrumpuntur,* superfluo illo *nam* recte omisso. Sed quid corrumpitur? Pol. intelligit „partes ductuum", Sch. inserit *ductus,* uterque fortasse respiciens Art. 121: *Fere aut vet. aut vi temp. partes ductuum laborant.* At vero librorum vestigia aliam nobis depravati loci medendi viam commonstrant, quum optimus C pergat: *aut quid impotentia.* et F peropportune exhibeat *corrumpi.* Scilicet locum manifesto mutavit *quid,* et in ordinem revocandum est sic: *aut quid vet. corrumpitur aut imp.* Quo pacto omnia optime procedunt. *In recentibus,* sc. operibus.

tempestatum) C: *tempestatium.* quam formam in Frontino destituit fides. Cf. ad Art. 95.

accidit in rec.) Ita ex J et rec. Pol. et posteriores. In ceteris libris corrumpitur locus et cum initio Art. seq. confunditur; quorum C: *accidit Irecenrebus fere.* U V F: *accidit. Ideo recentibus fere.*

121 *tempestatum)* primus restituit Jocundus, cum a codd. et vetustioribus edd. absit.

sustinentur) C: *sustinetur.*

eae quae) C U: *aque* vel *a quae.* J et rec: *eaeque.* Scaliger delet *eae.*

traiiciuntur) C U: *traic.*

Ideoque) Libri praeter C: *Ideo.*

Minus) J: *Nimis.*

eiusmodi) J et rec. addunt *aut talia.* Eaedem infra pergunt *ut non,* om. *aut.*

cursu) Adde *aquae cursu.* Art. 123: *interpellato aquae cursu.* HEIN. Recte. Adhuc *aquae* desiderabatur.

averso) C J et rec: *aversa.* U: *adversa.* solita permutatione. V F et ed. pr: *adversa re.* Conficiebam: *aqua aversa.* Melius tamen cum Pol. et Sch. emendas *averso,* sc. cursu. Cf. Art. 122 fin.: *si averlantur ductus.*

eae, quae per flumen traiiciuntur. Ideoque haec opera sollicita festinatione explicanda sunt. Minus iniuriae subiacent subterranea, nec gelicidiis nec caloribus exposita. Vitia autem eiusmodi sunt, ut aut non interpellato aquae cursu subveniatur eis, aut emendari nisi averso non possint, sicut ea, quae in ipso alveo fieri necesse est. Haec duplici ex causa nascuntur: aut enim limo con- 122
crescente, qui interdum in crustam indurescit, iter aquae

---

aut enim) ***Enim*** ex C J restitui, cum a ceteris libris absit. 122

indurescit) Ita video in C U, restituitque iam Sch. V: *adurescit.* Edd: *durescit.* Scilicet littera *m* vocabuli praecedentis praepositionem absorbuit.

iter aq. coart.) V F et ed. pr., item Pol. et posteriores: *iterque aquae coarctatur.* nulla syntaxi, quae saltem flagitet *quoque* (i. e. et quo limo) *iter aq. coar.* J: *iterque aquae coarta.* et quae ex ea fluxere edd: *iterque aq. coarctat.* quod recepit Sch. Sic recte quidem procedit oratio (*qui indurescit et qui iter coartat*); sed haec lectio nihil est nisi correctio, consimilis ei, quae in edd. post J in seqq. deprehenditur: *aut tectorio, quod corrumpitur* (B: *quod aut tec. cor.*): scilicet quoniam in praecedentibus dicitur *aut limo concrescente,* hic, ut similis orationis efficiatur color, correctum est: *aut tectorio, quod corrumpitur,* pro *aut tectorio corrupto.* Neque etiam in U integra scriptoris manus servatur, exhibente: *interque aquae coartatur.* Quid denique C? Scriptum in eo video sic: *itaque* (ut litteris *i* et *a* linea imponatur) *coartat²;* nimirum pro $\bar{it}^{2}aque$, i. e. *inter aquae.* demta etiam altera negligentia, habes $it^{2}aque$, et in eo genuinam Frontini manum *iter aquae coartatur.* Positis post *nascuntur* duobus punctis (pro commate, quod adhuc obtinuit), coniunge: aut limo concrescente iter aquae coartatur, aut tectoria corrumpuntur. Nihil certius. — Quam ego investigandis codicis C vestigiis emendationem debeo, eam Heinrichium suo ingenio video esse assecutum, ad *iterque* annotantem: „dele *que.*“

Pilae) U F: *Parvae.* V: *Parvo.*

tofo) Ita F; cui consentire apparet C U, quorum unus *toto,* alter *toso.* V: *quoque impetoso.* Vulgo *topho.* — Periodum *Pilae-labuntur* Sch. spuriam iudicat.

coartatur; aut tectoria corrumpuntur, unde fiunt manationes, quibus necesse est latera rivorum et substructiones vitiari. Pilae quoque ipsae tofo exstructae sub tam magno onere labuntur. Refici, quae circa alveos sunt rivorum, aestate non debent, ne intermittatur usus tempore, quo praecipue desideratur; sed vere vel auctumno, et maxima cum festinatione, ut, scilicet ante praeparatis omnibus, quam paucissimis diebus rivi cessent. Neminem fugit, per singulos ductus hoc esse faciendum, ne,
123 si plures pariter avertantur, desit aqua civitati. Ea, quae non interpellato aquae cursu effici debent, maxime

---

Refici) Sch. addit *vitia.*

usus) sc. rivorum. J et rec: *ne aquae int. usus.*

vel auct.) C: *ut auct.* de qua permutatione diximus ad Art. 36.

ut, scilicet ante) Ita integris litteris scribitur in C; conveniunt vestigia U: *ut su* (vel *sic* vel *sci*) ... *ante*, i. e. *ut scilicet ante;* etiam J: *ut s. ante*, i. e. ut scilicet ante. In V loco illius vocabuli relicta lacuna est; quam denique F et ed. pr. ita explent: *ut perfecti ante — rivi essent* (sic). In emendationibus Jocundi est: *ita ut ante;* quod in edd. posteriores transiit. — In C *ante* scribitur per compendium *an* (imposita linea), hic, Art. 119 et alibi.

123 *max. struct.* V: *maximum structum.* F: *maximo sumptu.*

quam et) F: *quem.* V F om. *et.*

fidelem) F: *fideliter.*

caloribus) V F: *temperamentis.*

ex hum. com.) Ita libri editi, item Pol. et posteriores, etiam Forcellinus in v. *unitas* et altero loco in v. *corroboro.* Tres codd: *ex commodi struct.* omisso *humore.* Unde Corrad. legi iubet: *ex eo commode struct.* Sch: *ex compage struct.*

ex humore) Ego totum locum lego et distinguo: *Idoneum — Novembres, ita ut — incandescit, quia — opus est, ut et humorem commode structura combibat, et in unitatem corroboretur, non minus autem sol acrior quam gelatio praecipitat* (pendet a *quia*) *materiam. Nec ullum — obstaturum est; fides itaque* etc. HEINR. Magis probo interpunctionem a Pol. vulgatam: *Idoneum — Novembres, ita ut — incandescit: quia — corroboretur. Non minus — materiam: nec ullum — est. Fides itaque* etc. a qua ego

structura constant, quam et suis temporibus et fidelem fieri oportet. Idoneum structurae tempus est a Kalendis Aprilibus in Kalendas Novembres: ita ut optimum sit intermittere eam partem aestatis, quae nimiis caloribus incandescit; quia temperamento coeli opus est, ut ex humore commode structura combibat et in universitate corroboretur. Non minus autem, quam sol, acrior gelatio praecipit materiam: nec ullum opus diligentiorem poscit curam, quam quod aquae obstaturum est. Fides itaque eius per singula secundum legem, notam omnibus sed a paucis observatam, exigenda est. Illud nulli du- 124

---

non multum discessi. En sententiarum caput: nimii calores nocent structurae: non minus nocet gelatio; plurimum autem nocet aqua.

et in unitate) V: *et munitate.* F O: *et siccitate.*

Non minus etc.) Accuratius inquirenti sic necessario transponendus mihi videbatur locus, adhuc constitutus hunc in modum: ***Non minus autem sol acrior, quam gelatio, praec.*** — C et U: *celatio.*

nec ullum) V et edd. rec: *neque ullum.*

quam quod) V F: *quamquam.*

eius) V E om. Iidem infra: *sed paucis.* non male.

proximos) V: *proprios ductus ac qui.* F: *proprios ductus qui.* 124

a VII mill.) Sic ex Artt. 7. 9. 14. 15 emendavit Pol. Libri omnes et Sch.: VI.

singuli sust.) C: *singulis sustinet.*

maiorem — destituent) Ex ed. pr. sua Pol: *maior pars aquarum Urbem destituet.* nec aliter legitur in ceteris quas novi edd., sed *Romam* addito post *Urbem.* Lectio sane commoda est et facilis. Contra in tribus codd. video: *maiorem partem aq. Urbis destituet.* quod retinuit Sch., *destituet* mutato in *destitueret*, reddens: so dass ihre Unterbrechung, wenn sie nöthig wäre, einen grösseren Theil der Gewässer der Stadt blossstellen würde. Bene id quidem se haberet, si Frontinus scripsisset: *hoc* (i. e. haec res, haec interruptio) *maiorem* etc. Melior est emendatio Corradini: *maiorem partem — destituent,* sc. illi ductus. Eamque emendationem, quae a codd. lineolà tantum litterae *e* imponenda, a librariis pro lubitu et omissa et addita, differt, veram esse iudico. ***Destituere*** i. e.

bium esse crediderim, proximos ductus, id est qui a VII milliario lapide quadrato consistunt, maxime custodiendos,

---

herabsetzen, vermindern, hinwegnehmen, rauben. Rarior quidem is usus videtur esse, sed naturae verbi utique conveniens.

his diffic.) Ita Pol. cum F et ed. pr. Codd: *huius.* probante Corradino, qui intelligit „operis". Sch: *huiusmodi.* Heinr: *huius difficultatis.* J et rec: *ut his diff.* — *excitetur* — *continuetur* (B et al: *contineatur*).

inchoatum etc.) Codd: *inch.* — *alvea vero.* Unde Sch. secutus Corrad. legit: *inchoatum dum excit. ad l. deficientis, alvea modo* (Corrad. *vero*) — *continuantur.* „während man aus dem Grunde den neuen Bau zur Wage des fehlenden erhebt, werden die Bettungen für den Augenblick — wieder fortgesetzt." Edd: *inchoatus alveus excit. ad l. deficientis. alveus vero* etc. Unde Pol: *opus inchoatum excit. ad l. deficientis; alveus vero.* qui sententiam quidem recte iam ceperat, interpretatus: Opus, quod alveos sustinere debet, exstructum ex tanta parte, quanta sufficiat ad plumbatos canales sustinendos, exstruitur ad libram deficientis interruptique alvei ductus; alveus vero plumbatis canalibus per spatium interrupti ductus continuatur, ut per hunc alveum aqua fluere possit, quo tempore tum inchoatum opus, tum lapideus alveus circa plumbatos canales perficiantur. In ceteris Pol. secutus, Heinr., deleto *opus,* annotat: „leg. *inchoatus,* sc. ductus, i. e. aqua illic unde ducitur." Ego vero, licet forma *alveum* non sit sine exemplo, *alvea* corruptum iudicans, cum Frontinus semper dicat *alveus,* ex edd. lectione *alveus* facillima mutatione feci *alvei is.* Ubi vero alveus deficit, ibi is — continuatur. Scilicet viri docti non satis perpenderunt, *deficientis* apto nomine carere. Recte tamen Corrad. et Sch. e codd. revocarunt subst. *inchoatum.* U V: *incohatum;* quam scripturam non deficit auctoritas, sed altera usu vulgata est.

directi) C: *der.*

praep., ni alicuius const.) Id est, *alicuius,* in id habentis ius potestatemque. J: *praeparationi.* Quidam legerunt: *praeparatio, vt.* In emendationibus Jocundus *constitutio ne.* POL. Leg. *aliqua iusta const.* HEINR. Etiam B et al. rec: *praeparatio ut.* Pol. commodam quidem lectionis, in ed. pr. O F inventae, dedit interpretationem. Sed in codd. vestigiis aliud quid latere videtur,

quoniam et amplissimi operis sunt et plures aquas singuli sustinent: quos si necesse fuerit interrumpere, maiorem partem aquarum Urbis destituent. Remedia tamen sunt et his difficultatibus: inchoatum excitatur ad libram deficientis alvei; is vero plumbatis canalibus per spatium interrupti ductus rursus continuatur. Porro quoniam fere omnes specus per privatorum agros directi erant, et difficilis videbatur futurae impensae praeparatio, nisi et aliqua iuris constitutione succurreretur, simul ne accessu ad reficiendos rivos redemptores a possessoribus prohiberentur, S. C. factum est, quod subieci.

Quod Q. Aelius Tubero, Paulus Fabius 125

---

quorum U V: *praeparationis alicuius const.* C: *praeparationis et alicuius const.* Unde, praecipue ex C, Sch. restituit: *nisi etiam* (leg. *et* ex C) *aliqua iuris const.*, vertens: wenn dem nicht zugleich durch eine Rechtsbestimmung abgeholfen würde. Quam egregiam emendationem recipere, quis dubitabit?

succurreretur) C U: *succurretur.*

S C) V: S. *Coto factum subieci.* F: S. *Cons. factum subieci.*

specibus) Sic C. Art. 129 C et U: *specibus.* Ceteri libri *spe-* 125
cubus. Utroque loco Sch. legit *specis.* Idem Art. 17 et nostro Art. *speci* (nom. plur.) scribit, et Art. 129 *specos* et *specorum.* Libri omnes ubique constanter servant exitus quartae declinationis; *specibus* autem edendum censui ex codd. auctoritate, ut *lacibus* Art. 3, ubi vide quae disputavimus.

ii rivi) V F J om. *ii.*

specus) in libris omissum, ex praecedd. cum Sch. et Heinr. revocavimus.

se) V F: *si.*

impensa) C: *impensu a sollicitus.*

reficerentur etc.) v. Annott.

quibus) U: *quis.*

opus) V: *oportet.*

eorum) Ita C, non *earum*, ut est in ceteris libris plerisque.

viri boni) In codd. et edd. ante J deest *boni.* v. Annott.

ad eas res etc.) V: *ad eas omnes opportunas earumque.* F: *ad eas omnes res opportunas earumq.*

Maximus Coss. V. F. de rivis, specibus fornicibusque Juliae, Marciae, Appiae, Tepulae, Anionis reficiendis, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. J. C. Uti, cum ii rivi, specus, fornices, quos Augustus Caesar se refecturum impensa sua pollicitus Senatui est, reficerentur, ex agris privatorum terra, limus, lapis, testa, arena, ligna ceteraque, quibus ad eam rem opus esset, unde quaeque eorum proxime sine iniuria privatorum tolli, sumi, portari possint, viri boni arbitratu aestimata, darentur, tollerentur, sumerentur, exportarentur; et ad eas res omnes exportandas earumque rerum reficiendarum causa, quotiens opus esset, per agros privatorum sine iniuria eorum itinera, actus paterent, darentur.

126 Plerumque autem vitia oriuntur ex impotentia possessorum, qui pluribus modis rivos violant. Primum enim spatia, quae circa ductus aquarum ex Senatus consulto vacare debent, aut aedificiis aut arboribus occupant. Arbores magis nocent, quarum radicibus et concamerationes et latera solvuntur. Deinde vicinales vias agrestesque per ipsas formas dirigunt. Novissime aditus ad tutelam praecludunt. Quae omnia Senatus consulto, quod subieci, provisa sunt.

127 Quod Q. Aelius Tubero, Paulus Fabius

---

126 *possessorum*) V: *possessoribus.*
modis) om. in C.
Primum) V: *Pronum.* V J: *Horum.*
arbores — solvuntur) Fort. haec spuria. HEINR.
rad. et concam.) C: *radicibus concamerationis.*
formas) Sch. corrigit *forinas.* v. ad Art. 75.

127 *Q. F. P.* etc.) C U: *Quae F. P.;* V F: *arboribus seri quae F. P. D. R. E. J. C.;* annotante Adlero al.: *Q. D. E. R. F. P. D. E. R. J. C.*

Maximus Coss. V. F., aquarum, quae in Urbem venirent, itinera occupari monumentis et aedificiis et arboribus conseri, Q. F. P. D. E. R. J. C.

Ad ref. rivos etc.) Pol. vulgavit: *Ad ref. riv. specusque, per quae et opera publica corrumpuntur.* annotans: Cum, interruptis ductibus, cessabant aquae deficiebantque publicis operibus, publica opera corrumpebantur, nimirum inutilia remanebant. In gen. neutro *quae* (rivos specusque) non offendo. v. Zumpt. Lat. Gr. §. 377. Sed sententia non placet. Heinr. annotat; „leg. *corrumperentur.* et haec prius pono post *conseri.* Cf. Art. 108." in lectione reliqua Pol. secutus. In libris scriptis impressisque periodus sic exordiatur; *Cum ad ref.;* praeterea in tribus codd. et F est *corrumpantur.* Unde Sch: *Cum ad ref. r. specosque pertineat, neque ea opera aquae publicae corrumpantur.* Ego vero aliter locum constituendum esse duxi. Sententia, quam restitui, nullo nomine tentanda. Factae mutationes leves. *Cum* primus in margine libri sui delevit Pithoeus, quod Pol. ex duplicata praeced. nota *C.* originem traxisse existimat. Mutatio vocabulorum *per quae* in *quae per,* compendia respicienti, vix videri potest mutatio. *Et* et *ea* saepe permutari audivimus ad Art. 94. Postremo *rei* absorptum est ab ultima syllaba *ra* praeced. vocabuli. *Rei publ.* autem ponitur casu tertio.

quinos denos) U V F: *C. quinos.* e quo in J et rec. perperam factum *centenos quinos.* Recte Pithoeus *centenos,* quod etiam Brisson. retinuit, delevit. Nam perspicua est codicis C scriptura: *parte. c̄ uinos;* mala sorte, pro: *parte. quinos.* v. Annott. Praeterea Pol. annotare omisit, in C deesse *vacuos.* quod quidem abesse potest, cum eius notio iam inhabitet verbo *patere.*

circa rivos) V F: *cc. rivos.*

intra cont. aedif.) In codd. et edd. deest *intra.* Nimirum ob similitudinem compendiorum *īt*? (i. e. intra) et *c̄t* (i. e. cont.) alterum a librariis omissum est. Praeterea in C pro *utraque ex parte* pergitur *intraque*: forsitan ut in hac lectione perdita praepositio in lucem emergat. v. Annott.

monument.) V: *monim.*

in his) C: *in is,* i. e. *iis,* ut legitur in B edd. rec.

exciderentur) Ed. pr. et F: *excidetur,* sc. siglo ad litteram *e* omisso, pro *exciderentur,* quod edidit Pol. Tres codd: *excipe-*

Ad reficiendos rivos specusque et quae per ea opera rei publicae corrumpantur, placere: circa fontes et fornices et muros utraque ex parte vacuos quinos denos pedes patere; et circa rivos, qui sub terra essent, et specus intra Urbem et extra Urbem, intra continentia aedificia, utraque ex parte quinos pedes vacuos relinqui: ita ut neque monumentum in his locis neque aedificium post hoc tempus ponere, neque conserere arbores liceret. Si quae nunc essent arbores intra id spatium, excciderentur, praeterquam si quae villae continentes et inclusae aedificiis essent. Si quis adversus ea commiserit, in singulas res poena HS dena millia essent, ex quibus pars dimidia praemium accusatori daretur, cuius opera maxime convictus esset, qui adversus hoc S. C. commisisset, pars autem dimidia in aerarium redigeretur. Deque ea re iudicarent cognoscerentque Curatores aquarum.

---

rentur. scilicet librarius loco litterae *d* negligenter scripsit *p*, litterà inversà; qui error sexcentics in Mss. deprehenditur. J et rec: *extirparentur*, v. Annott.

si quae villae) Sch. corrigit: *qua villa.* An: *cui villae?* An: *praeterquam quae villae*, omisso *si?* Immo intellige: *praeterquam si quae* (aliquae arbores) *villae* (alicui villae, casu dat.) *continentes essent.* F: *si quae ex villa.*

aedificiis) F: *aedificia.*

ea) V: *eas res.*

poena — essent) Ita codd. J: *in dena millia damnas esset.* quam mutationem Jocundum intulisse credibile est ex Art. 129: *centum millia dare damnas esto.* POL. V et edd: *in singulas res in* (V om. *in*) *dena millia damnas esset.* Syntaxis: HS dena millia essent poena.

pars autem) V: *et pars.* J et rec: *pars altera dim.*

Posset hoc Senatus consultum aequissimum videri, 128
etiam ex rei tantum publicae utilitate si ea spatia vindicarentur; multo magis, cum maiores nostri admirabili

---

etiam ex rei etc.) C: *etiam ex re t. p. utilitatis ea sp.* U V: 128
etiam ex re t. p. utilitas ea sp. Hinc veram lectionem me restituisse reor. *Ex utilitate* i. e. aus Rücksicht für den öffentl. Nutzen. J et rec: *etiamsi ex rei t. p. utilitate ea sp.;* quam lectionem Pol. recepit, quem posteriores editores secuti sunt. F: *et si rei t. p. utilitate ea sp.*

vindicarentur) V: *indic.* Edd: *iudic.*

admirabili) V: *cum adm.*

eripuerint) Post Pol. vulgatur *eripuere*, licet codd. et edd. habeant *eripuerunt*. Atqui ne hoc quidem Frontini est, coniunctione *cum* (i. e. quoniam) hic omnino modum coniunct. flagitante. Etenim totus locus sic constituendus est, ut edendum curavi: de qua re non est amplius deliberandum, cum de modo coniunct. *intulerint* et *vendiderint* inter tres codd. constet, et tria verba ab eadem coniunctione *cum* (ante *maiores nostri*) una pendant. In edd. omnibus, quas Poleno auctore, spretis codicibus, perperam secuti sunt editores posteriores, postquam post *pertinebant* maiore interpunctione male distinctum erat, necessario coniunctivos illos transire oportebat in *intulerunt* et *vendiderunt*.

perducerent) V: *prod.* F: *producerentur.*

vendenda) U: *vendunda.*

tam res p. quam p. haberent) Cf. ad Art. 1 (*instigent*). HEINR. U V J: *haberet.* Tres codd. ignorant illud *tam:* quod exsulare lubet Corrad. Bene. Haud raro enim usurpatur *quam*, omisso praecedente *tam*: cuius moris in nuperrima Forcellini editione duo allata video exempla (Liv. II. 6. Ulpian. Dig. XXIX. 2, 20). Quum omnia sint plana et expedita, Sch. tamen corrigit: *ut in s. f. pr. ius res publ. tanquam pr. haberet* (damit in seinen Gränzen das Eigenthum des Staates gleich dem der Privaten eigenes Recht behalte).

occupasse) C: *occupassent.*

attulerunt) Ita libri omnes, non *attulere*, quod Pol. vulgavit.

per — latera — abuntur) C: *per suetos* (Pol. refert *suetossa*) *latā* (Polenus *latera*) *passim cur sus us us* (Pol. *cursus ius*) *aquarum impetratam habent. quam hii qui quantulumcumque beneficii*

aequitate ne ea quidem eripuerint privatis, quae ad modum publicum pertinebant, sed, cum aquas perducerent, si difficilior possessor in parte vendenda fuerat, pro toto agro pecuniam intulerint et post determinata necessaria loca rursus eum agrum vendiderint, ut in suis finibus proprium ius res publica quam privata haberent. Plerique tamen, non contenti occupasse fines, ipsis ductibus manus attulerunt, per fistularum vulneratarum latera passim cursus aquarum in usum suum avertentes, tam ii, qui ius aquarum impetratum habent, quam ii, qui quan-

---

occasionis ad expugnandos nunc abutuntur. U V: *persuetas salatam passim cursus ius aquarum impetratum habent, quam* (V: *aquam*) *ii qui quantulumcumque beneficii occasionis* (U: *occasiones*) *ad expugnandos nunc abutuntur.* Edd: *per semitas solutas passim et rursus ius aquarum impetratum habent, aquarii quantulacumque beneficii occasione ad expugnandos nunc abutuntur.* Pithoeus, in ceteris edd. sequens, legendum esse existimat: *rursus si ius* etc. Pol. edidit: *manus attulere per . . . . . latera passim, tam ii qui ius aq.* etc. Corrad. legit: *per vetita* (vel *exossata*) *ausi latera passim cursus, qui ius aq.* etc. Sch: *et, per soluta latera passi incursus, ubi ius aq. imp. habent, aquarii quant. ben. oc. ad expugnandos numnos abutuntur.* v. Annott. Quomodo Heinr. legat, infra dicam.

per — latera etc.) Lego: *dum per suffossa latera passim cursus suspendunt, tam ii qui* etc. *Foraverit* in seq. lege; hic *suffossa.* Vid. Lexx. in v. Etiam ex Pandectis exemplum est ap. Brisson. *Cursus rivorum* Art. 19. *Itinera suspendunt* Art. 75. *Latera ductuum* Art. 126. *rivorum* Art. 122. *Violare ductus*, ut vulgo dicitur, Art. 97. *Foratum vitiatur* Art. 114. Denique emendationi plane confirmandae est locus Art. 75. HEINR.

intentaretur) C U: *intentarer.*

sunt verba) Codd. ed. pr. et F: *Quae subscripsi verba legis.* quam lectionem retinuit Pol. Ego perlisse iudico *sunt*, quod, exarari solitum compendio *s̄t*, ob exitum *si* praecedentis verbi est praetermissum. Servatur in J et rec. lectione: *Quae subscripsi haec sunt verba legis.* V: *Quod subs.* Sch. et Heinr.: *Quare subscripsi verba legis.*

tulacumque beneficii occasione ad expugnandos eos nunc abutuntur. Quid porro fieret, si non universa ista diligentissima lege prohiberentur poenaque non mediocris contumacibus intentaretur? Quae subscripsi, sunt verba legis.

T. Quintius Crispinus Cos. populum iure 129
rogavit populusque iure scivit, in foro pro

Quintius) est tam in codd. quam edd. vet., non *Quinctius*, ut 129
vulgo legitur.

in foro pro rostris etc.) C U: *in foro pro rostris aedis Divi Julii P. R. Julias.* V F: *in foro — Julii populo* (F: *p.*) *et Julias.* Ceterae edd: *in foro — Julii po. ro.* (i. e. populi Romani) *et Julias.* v. Annott.

Tribus Sergia) Pol. et Sch: *Tribui Sergiae.* Sed U V et edd. quas novi: *Tribui Sergia.* denique optimus C: *Tribus Sergia.* cui lectioni patrocinantur Brisson. Gronov. et Scalig. Cf. Annott.

Pro tribu) Tres codd: *tribus.* nimirum sequens *S.* causa est corruptionis. V F: *tribus VI.* Cf. Annott.

specus, forn.) Sch. inserit: *muros, fontes,* hic et infra, ubi eadem leguntur. Idem ex simillimo loco infra sequenti post *urbem* addit *Romam,* et post *ducuntur* addit *et ducentur*: fortasse quia in J et rec. post *ducuntur* locum interpolatum invenit hunc in modum: *ducuntur earumve quam sciens.*

tubulos) Hic et infra nonnulli libri *tabulas,* alii vocabulum omittunt.

foranda) Edd: *forare rumpereve-curaverit.* De infinitivo post verbum *curare* v. ad Art. 17. Sed codd. auctoritas potior videbatur.

peiorave) Emendatio Sch. est, omnino necessaria; quam amplexus est Heinr. Librorum lectio *peiorēve* corrupta est; quo magis miror, Pol. edidisse *peioremve.*

eae aq. earumve quaeq.) Post Pol. editur *eae aquae earumve qua* (i. e. aliqua). Sed video in C: *ea ea qua e arumve quae qua.* Quoniam deinde alterum *ea* superfluum esse videbatur, in U V manavit: *ea qua earumve quae qua.* Alii rursus omisere *quae;* unde in J et rec. abiit: *ea qua earumve qua.* Aliter etiam O: *ea qua earumve aquae.* et F: *ea aquam earumve aquam.* Redimus

rostris aedis Divi Julii, P. K. Julias. Tribus Sergia principium fuit. Pro tribu Sex. L. F. Varro. Quicumque post hanc legem rogatam

---

ad C, in quo *ea ea qua*, litteris recte dispositis, est: *eae aqua*. In eodem seq. littera *e* neque praecedenti *aqua*, neque sequenti *arumve* coniuncta est, sed interiecta pari intervallo ab utroque vocabulo distat; unde ad utrumque pertinuisse coniicimus et Frontinum scripsisse: *aquae earumve*. Restat trium codd. lectio *quae qua*. Corrad. eam retinet, explicans: vel aliqua earum, quae quacunque via vel parte. Sequi visum est Sch., emendantem *quaeque*. Scilicet *e* et *a* in libris saepissime mutant. More legum scribendarum, ne quis legem circumire possit, non solum aquae cunctae, sed etiam unaquaeque aquarum significatur.

fluere) Certatim sic post Brisson. et Opsop. correxere. Libri enim omnes *flui*, praeter C, in quo *fluis*. Ortum vitium ex mala scriptura *fluẽ* i. e. fluere, quod perperam captum pro *flui*.

pervenire) V F: *prov.*

possint) deest in codd.

in iis aedificiis etc.) i. e. intra ea aedificia, ut loquitur noster Art. 127. Ita J et rec. (quarum al. *his*), item Briss. Pol. et posteriores, nisi quod J et Briss. infra habent *in hisque hortis*, ut Heinr. *inque iis hort.* Atqui horti, praedia locaque intelligenda sunt, quae intra Urbem et intra aedificia Urbi continentia sunt posita. C: *in iis locis, quae aedificia urbi cont.* etc. U V F et ed. pr: *in his* (U: *iis*) *locis, quorum hortorum.* mediis neglectis. Transiluere videlicet librariorum oculi a verbis *in iis aedif.* ad verba *in his hortis* et *locis*.

possessoribusve) Codd. et edd: *possessoribus V. F.* Ex quo levi mutatione Pithoeus fecit *possessoribusve*: ita etiam Briss. scripsit; ita mediusfidius res ipsa videtur flagitare. POL. Nimirum V. F. pro U. E.

vel attrib. etc.) C: *ut attrib. est ut erit.* De qua particularum *vel* et *ut* permutatione diximus ad Art. 36. Haec causa est, quod in ed. pr. et F legitur *attrib. vel ut saliat.* in J: *attrib. est vel ut saliat.* in rec: *vel erit ut saliat.*

centum millia) Sch. addit *aeris*. Intellige: IIS. Infra: *HS. centum millia*.

rivos, specus, fornices, fistulas, tubulos, castella, lacus aquarum publicarum, quae ad Urbem ducuntur, sciens dolo malo foraverit, ru-

---

qui clam) Sch: *qui damno.* ductus, opinor, vestigiis C, in quo videtur *quidam.* Sed in promptu sunt alii loci, quibus *clam* et *dam* mutant.

aedificare) Lego; *reaedificare, reponere.* SCH. Lego; *reponere,* deleoque *aedificare.* v. infra. HEINR. Non opus est correctione *reaedificare,* neque hic, neque loco Liv. V. 53. ubi v. Drakenb.

celere) om. V et ed. pr. item Brisson. In edd. rec. legitur *celare.* Laudat Forcellin. in v.

demolire) tres codd., forma activa, de qua cf. infra, ubi de *molire* agimus. Fulcire hanc formam verbis legis *maceriae — ne demolirentur* affirmat Pol., eaque passive pronuntiari putat; de qua opinione quid sit statuendum, suo loco videbimus. Laudat Forcellin. in v. Edd: *demoliri.* quas secutus est Sch.

atque omnia etc.) V et edd: *atque ita omnino ut.*

est, erit) B et al. rec: *est vel erit.*

aut si) *Aut* in omnibus libris deest; illud post Brisson. certatim restituere viri docti, respicientes locum infra seq. simillimum: *aut si Curator non erit.* In U a verbo *erit* librarius transiluit ad alterum *erit,* omisitque media *aut si Curator aquarum nemo erit.*

multa etc.) Libri omnes *multam.* Sch. legit: *multam dicito, pignora capito.* Adhuc legebatur *coercito,* quod neminem correxisse miror. Cf. Annott.

Praetori eo) C U: *praetorio eo.*

cogendi) Edd: *cogere et coercere mulctac.* U V: *cogere de cohercenda multa dicenda sunt pignoris cap.* Corruptio e scripturae compendio negligenti et prave a librariis intellecto orta. Scilicet in C video: *cog᷑ he coercenda multa dicenda sunt pign.;* in quo *cog᷑. he* (pro *coge? he,* i. e. *cogere he*) exaratur pro *cogẽhe* i. e. *cogenhe. Cogenhe* autem est *cogende* (litteris *h* et *d* permutatis, ut alibi eas invertendo *q* et *p,* rursusque his inter se omnibus), et syllaba *de,* quam videlicet esse praepositionem putabant, provocavit ablativum *coercenda multa;* et sic porro propagata sordes est. Recte locum iam constituit Pol. Et nequicquam res novas molitus est Sch. legendo: *cogendi, coercendi, multam dicendi, sicut etiam pignora capiendi ius.*

perit, foranda rumpendave curaverit, peiorave fecerit, quo minus eae aquae earumve quaeque in urbem Romam ire, cadere, fluere, pervenire,

---

H S centum) V et edd. om. *H S.*

terminatus) V F O: *et term.* Cf. Annott.

steterit) Opsop. proponit *sepserit*, damnante Pol.

ne quis — neve) Sic Sch. et Heinr. Libri *neque quis*, praeter F O et ed. pr. in quibus *veque*. Eaedem edd. infra *seritve: ve in eum.* Unde Opsop. corrigit: *vel quis — seritve, vel in eum.* ut qui aliam totius periodi constructionem introduxerit, retinens deprehensos in ed. sua indicativos *opponit, molit, obsepit, figit, statuit, ponit, collocat, arat, serit — immittit.* Et profecto omnes libri scripti editique in his indicativis consentiunt; quos intactos reliquere, quod mireris, etiam ipsi editores omnes, quamvis in praeced. legentes *ne quis — neve*, usque ad Sch. et Heinr., qui primi adversantibus libris recte tamen reposuere imperativos *opponito* etc.

in eo loc.) V et edd. om. *in.*

molito) Solus U: *molitur.* quo duce Sch. et Heinr. legunt *moliter.* v. Annott.

in eum) Ex J et rec. Pol. recepit *in eum locum;* Sch. rursus eiecit additamentum. Supra: *in eo loco.*

eorum fac.) Codd: *earum faciendarum reponendarum.*

causa, quae) C U: *causa, praeterquam quae* (sic). Pol. legit: *praeterquam quod* (ut vult vidisse in C U). Sch: *praeterque quod.* Etiam Heinr. vult: *praeterquam quod*, sed illa *praeterquam eorum fac. rep. causa* spuria esse et interpretationis causa in margine adiecta iudicans. V et edd: *praeterquam quidem.* Opsop. denique reponendum esse affirmat: *causa, quae quidem.* quem ego secutus sum, abiecto *quidem.* Alterum *praeterquam* a librario temere repetitum.

adv. eum siremps etc.) Codd: *et adv. eum si re publicam* (U: *qui rem. p.* V: *eum repit) ex iussu causaque.* Edd: *et adv. ea repserit, ex iussu caus.* Postquam Scaliger ad Fest. p. 189 desperati loci tenebras feliciter dispulit viamque ad lucem munivit corrigendo *sirempse lex ius caus.*, viri docti (Opsop. Scriver. Keuchen. Forcellin. v. *siremps*, Pol. Sch. Heinr.) certatim restituere: *et adv. eum siremps lex, ius caus.*: in quibus Brisson.

duci possint, quove minus in urbe Roma et in iis aedificiis, quae Urbi continentia sunt, erunt, in his hortis, praediis, locis, quorum

---

scablosum edd. partum colens, aliis novatis, legit: *et adv. ea obrepserit, siremps lex ei ius caus.* Tantum abest, ut ego quid addam, ut voc. *et*, quod Pol. „etiam" interpretatur, contra librorum fidem cum Heinr. deleverim, videlicet ex geminatione praeced. syllabae natum.

omnibusque) Ex codd. cum Pol. retinui. Alii cum edd. *omnibus.*

atque uti esset) Sic Sch. cum codd. Coniungas: *siremps* (eadem) — *atque* (quam). Edd. Scalig. et Briss: *utique atque uti.* Pol. Forcellin. et Heinr: *utique uti.* quod Heinr. interpretatur „plane ut". Opsop. et al: *utique esset.*

forassetve) Post hoc vocabulum in V F et ed. pr. pergitur: *quo specum forasset rupissetve.* in J et rec: *quoquo specum forasset rupissetque.* itaque legit Brisson., nisi quod habet *quique.* Ridiculam geminationem, librarii incuria ortam, recte explodit Pol., C U secutus.

pascere herbam etc.) Tres codd: *pascere herbam, fenum secare sentes . . . . . Curatorum aquarum* etc. Damnum circiter trium vocabulorum edd. reparant ita: *sentes vepres caprificos Curatores* etc. quarum F et ed. pr. omittunt *pascere herbam fenum,* B et al. rec. exhibent *poscere.* v. Annott.

circa fontes etc.) Sic emendavit Pol., allato Art. 127: *circa fontes et fornices et muros utraque ex parte quinos denos pedes patere* etc. Codd: *circa fontes, et fortuni . . . . . et murorum et rivos.* (in V nulla lacuna est). Edd. et Brisson: *circa fontes, et fontium et murorum curam rivos.* Sch. legit: *circa fontium et fornicum et murorum et rivorum et specorum terminationes etiam arbores.*

terminatus) C U: *terminatus est.*

arundineta) Libri omnes *harund.*

excodicentur) Ita C U J. Pol. et Forcell. interpretantur „exstirpare". Utitur eodem verbo Festus in *repastinari*: *cum ager silvester excodicatur,* i. e. cum stirpes inutiles ex eo evelluntur. Ceteri libri: *excorticentur.* quod nihili est.

recte) C: *rectum.* quod defendi potest ex formulis *bonum factum, optimum factum,* de quibus Cort. ad Sallust. Cat. 32.

hortorum, praediorum, locorum dominis possessoribusve aqua data vel attributa est vel erit, saliat, distribuatur, dividatur, in castella, lacus immittatur: is populo Romano centum millia dare damnas esto. Et qui clam quid eorum ita fecerit, id omne sarcire, reficere, restituere, aedificare, ponere et celere demolire damnas esto, sine dolo malo atque omnia ita, ut, quicumque Curator aquarum est, erit, aut si Curator aquarum nemo erit, tum is Praetor, qui inter cives et peregrinos ius dicit, multa, pignoribus cogito, coerceto, eique Curatori, aut si Curator non erit, tum ei Praetori eo nomine cogendi, coercendi, multae dicendae sive pignoris capiendi ius potestasque esto. Si quid eorum servus fe-

---

volent) Libri *volet:* quod quo spectare possit, non assequor; nisi legere velis: *uti quis — volet.* Secutus sum emendationem Sch.

pignoris capio etc.) C: *pignoris capio* (Pol. refert *capto*) *multa edicipo . . o R citiquesto.* U: *pignoribus capto multa edici po . . . o. R. citique esto.* V: *pignoris capio multa edici . . . . . or utique esto.* O F J B: *pignoris captio multa (mulcta) edici . . . . . or uti quae esto. Capio,* forma antiqua. Dudum Scaliger restituit: *multae dictio utique esto.* Melius Brisson: *multae dictio coercitioque utique esto.* Etiam melius Opsop: *m. d. coercitioque esto.* quem secutus est Polenus. Sch. amplius inseruit *coactio.*

idque) V: *ideoque.*

liceat) Tres codd: *licet.* C: *licet. Jus potestasque isto . . . . quominus* etc. Eadem in ceteris libris lacuna est; quam Pol. librariorum incuriae adiudicat.

arbores, quae) C: *arbores que.* solito scribendi more pro *quae.* Quo more hic non animadverso, antiqui editores coniunctim ediderunt *arboresque,* totique loco perturbato falsam sententiam subiecerunt.

cerit, dominus eius HS centum millia populo det. Si quis circa rivos, specus, fornices, fistulas, tubulos, castella, lacus aquarum publicarum, quae ad urbem Romam ducuntur et ducentur, terminatus steterit, ne quis in eo loco post hanc legem rogatam quid opponito, molito, obsepito, figito, statuito, ponito, collocato, arato, serito, neve in eum quid immittito, praeterquam eorum faciendorum, reponendorum causa, quae hac lege licebit, oportebit. Qui adversus ea quid fecerit, adversus eum siremps lex, ius causaque omnium rerum omnibusque esto, atque, uti esset esseque oporteret, si is adversus hanc legem rivum, specum rupisset forassetve. Quo minus in eo loco pascere herbam, fenum

---

Curatores) C: *Curatorum.*

causa cogn.) V: *cum cogn.* F: *cum cognitae.* Scilicet *causa exarabatur cā*, Idque compendium permutatum cum *cū*.

nihilum rogatio) sc. esto. Ita enim manifesto habent tres codd. (non *rogato*, ut Pol. refert). Edd. autem: *nihil abrogato* (non *abrogatur*, ut Pol. refert). Briss. et Opsop. legunt: *nihil abrogatur.* Cf. verba legis Sullanae Cic. Caecin. 33: *eius ea lege nihilum rogatum.* Contra Scaliger reposuit: *nihilum rogator.* quem secuti sunt Pol. Sch. et Heinr. (qui comparat Brisson. v. *rog.* n. 3). Nos codd. lectionem praetulimus, praesertim quum etiam infra in tribus codd. videamus *nihilum rogato*, in edd. autem *rogatio.* Cf. verba legis ap. Goes. p. 339: *pecuniaeque — petitio hac lege esto.*

ex iis) V et edd: *ex his.*

specibus) V et edd: *specubus.* v. ad Art. 125.

fornicibus) U V F: *fornicis.*

haurire) C U: *aurire.*

permiserint) V et edd: *permiserunt.* Sed C U: *permiserunt permiserint.*

neque) U: *ne qui.*

secare sentes prohibeant, per Curatores aquarum, qui nunc sunt quique erunt, circa fontes et fornices et muros et rivos et specus terminatus arbores, vites, vepres, sentes, ripae, maceria, salicta, arundineta tollantur, excidantur, effodiantur, excodicentur, utique recte factum esse volent: eoque nomine iis pignoris capio, multae dictio coercitioque esto; idque iis sine fraude sua facere liceat ius potestasque esto. Quo minus vites, arbores, quae villis, aedificiis maceriisve inclusae sunt, maceriae, quas Curatores aquarum causa cognita ne demolirentur dominis permiserunt, quibus inscripta insculptaque essent ipsorum qui permisissent Curatorum nomina, maneant, hac lege nihilum rogatio. Quo minus ex iis fontibus, rivis, specibus, fornicibus aquam sumere, haurire iis, quibuscumque Curatores aquarum permiserint, praeterquam rota, calice, machina, liceat, dum neque puteus neque foramen novum fiat, eius hac lege nihilum rogatio.

130 Utilissimae legis contemptores non negaverim dignos poena, quae intenditur: sed negligentia longi temporis

---

130 *negaverim*) F: *negaveris.*

negl. longi t.) C: *negleg.* ut Art. 105. V: *negl. legum t.* F: *negl. legum pro tempores.* B in marg. cum crucis signo: *negl. legum pro tempore.*

quantum) C: *quanta.* sc. pro *quantū.*

in nob. fuit) J: *in n. sit.*

Iis vero qui) V: *Is vero.* C: *Is vero aut adm.* Edd: *His vero.*

decucurrerunt) recepi ex C. Ceteri *decurrerunt.*

causa) C: *causam.*

deceptos leniter revocari oportuit. Itaque sedulo laboravimus, ut, quantum in nobis fuit, etiam ignorarentur, qui peccaverant. Iis vero, qui admoniti ad indulgentiam Imperatoris decucurrerunt, possumus videri causa impetrati beneficii fuisse. In reliquum vero opto, ne executio legis necessaria sit, cum officii fidem etiam per offensas tueri praestiterit.

In reliquo vero opto) Leg. *In reliquum opto.* Sic verissime Sch. v. Forcellin. v. *reliq.* Gr. εἰς τὸ λοιπόν. H. Steph. Thes. L. Gr. HEINR. Retinui tamen *vero.* Pro *opto* in F B (ad marg.) *opere.*

per off.) Sch: *contra offensas.* v. Annott.

praestiterit) J et rec. item Pol: *praestet.* Sed tres codd: *praestitit.* ex quo Sch. fecit *praestiterit;* applaudente Heinr. Recte. Mediae scilicet litterae *t* antiquus librarius siglum, quo syllabae *er* loco utebantur, appingere neglexit.

ANNOTATIONES.

ANNOTATIONES.

de aquae duct.) Tres praecipue sunt vocis *aquaeductus* significationes. Prima est *aquae deductio*, das Wasserableiten, die Wasserableitung, qua apud iurisconsultos in usu est. Cf. Plin. H. N. XVI. 42: *Pinus, piceae, alni, ad aquarum ductus in tubos cavantur.* Scribitur separatis vocabulis; licet etiam reperiatur copulatis. Altera significatio est *ius aquae deducendae*, das Recht der Wasserableitung. Ulpian. Dig. VIII. 3, 1: *Aquaeductus est ius aquam ducendi per fundum alienum.* Exempli gratia Pompon. Dig. XLIII. 20, 2: *Si diurnarum aut nocturnarum horarum aquaeductum habeat, non possum alia hora ducere, quam qua ius habeam ducendi.* Paul. Dig. XLIII. 20, 7: *Si de via, itinere, actu, aquaeductu agitur*, etc. Non aliam significationem habere videtur titulus *de aquaeductu* in Cod. Justin. XI. 42; eàdemque iam apud Cic. pro Caecin. 26. usurpatur. Neutra significatio ad nostri libri inscriptionem referri potest. Tertia denique vulgarissima ea est, qua nos trito loquendi more dicimus „die Wasserleitung", ipsam structuram, qua aqua deducitur, intelligentes; qua separatis vocabulis scribitur *aquae ductus, aquarum ductus.* (Cf. Art. 5: *huius aquae ductum.* ubi v. Polen. Cf. Heinr. infra.) Significatione a Schultzio subiecta („die gesammte Angelegenheit des Wasserleitens") vox *aquaeductus*, quod ego cognoverim, nusquam, neque etiam apud iurisconsultos, reperitur, et, licet proposita viri docti ratio primo adspectu admodum probabilis videatur, ita ut paene applaudere libeat, purum putum ἅπαξ λεγόμενον est. Frontinus dicendi genere *aquae ductus* (numero sing. et plur.) sexcenties utitur, sed semper trita significatione, de qua tertio loco diximus, et ubique separatim scripsit. Vox composita *aquaeductus*

hac significatione proprium dicendi genus est temporum posteriorum cuius usus exempla nonnulla nostre inscriptioni similia promam. Co Justin. XI. 42, 7: *reparatio aquaeductuum almae urbis.* Ibid. 1(*omnium aquaeductuum huius regiae urbis custodes.* Quod si iam cor cedere nolimus, Frontinum fuisse primum, qui librum suum *de aquae ductibus*, voce composita, inscripserit, — documenta, quae proposita sententiam funditus evertant, afferri non possunt —; vel si negai nolimus, in locis ex Cod. Justin. allatis *aquae ductuum*, separatim scri ptum, admitti non posse, — multi loci Cod. Justin. XI. 22 proprietate vocis compositae gravissimum in modum confirmant —: nihil tamen im pedit, quominus Frontini titulum *de aquae ductibus*, separatis vocabuli scriptum, genuinum iudicemus. Qui vero titulus non tam arctis finibu nos continet, ut eum de *aquaeductibus* (i. e. Wasserleitungen) tantun quos vulgo vocant, sensu strictiori capere cogamur; verum, brevite comprehenso dicendi genere — ut in titulis fert consuetudo — latio significatu cognitionem omnium rerum, quae ad aquae ductus pertinen expositionem rerum ab ipso Frontino Art. 3 percensitarum, ut lingu vernacula reddam, „das gesammte Wasserleitungswesen", amplecti po test, atque propter ipsum brevitatis modestiaeque antiquitus in tituli observatae morem, minime ipsius Frontini verbis (Art. 2: *quae a universam rem pertinentia contrahere potui.* Art. 3: *ne quid ad totiu rei pertinens notitiam praetermisisse videar*) obluctatur. Merito autei aliquis quaerat, qui librario in mentem venire potuerit, ut tritum omni busque hominibus cognitum dicendi genus, quale est *de aquae ductibus* represserit in eiusque loco tam quaesitum illud *de aquae ductu* repo suerit. Prava, opinor, intelligentia, momento temporis temere orta vel ipse quoque titulus Cod. Justin. XI. 42, vulgo notus, in errorei abducere potuit; nisi quis ad compendium *ductib'* refugere malit.

de aquae ductibus) Scribendum omnino et pronuntiandum *aquae duc tus*, separatis vocabulis, non *aquaeductus*. Manifesta est causa inve terati erroris, continua in codd. vocabulorum scriptura. Cic. Caecin 26: *Aquae ductus, haustus*, etc. Id. ad Attic. XIII. 6: *De aqua ductu probe fecisti.* de Legg. II. 1: *ductus vero aquarum.* de Off. II 4, 3: *Adde ductus aquarum.* Sueton. Calig. 21: *aquae ductum.* Id Claud. 20: *aquarum ductus.* item Plin. H. N. XXXVI. 10. Spartian. i

Hadr. 20: *aquarum etiam ductus.* Frontin. Art. 5: *huius aquae ductum.* Art. 13: *ductus aquarum.* et saepe *ductus* simpliciter. Sic omnino scribendum, prorsus ut *res publica, agri cultura* (de quo scite monuit Heusing. ad Cic. Off. I. 42, 10), *populi scita, plebis scitum* (quamquam multo erat usitatius coalitum *plebiscitum*), *terrae motus* (*terraemotus* in Gloss. L. Gr.), *fidei commissum, pignoris capio, Senatus consultum* (ipse Frontin. Art. 103: *Senatusque consulta; Senatus quoque consulto.* Neque ubique *S. C.* scribi aeripue incidi potuisset, nisi vera esset ratio distinendi *Senatus consultum*), *Senatus auctoritas, iuris* et *iure consultus, iuris peritus.* In quo genere locutionum quod copulando seu coagmentando nos novo et nostro more efficimus, id veteres collocando praestabant, id est, praeponendo casu subiecti, quo generalem notionem definitam volebant. Sic ἵππου κρήνη, etc. Scilicet ipsa collocatio facit vinculum, ut *in integrum restitutio.* Pravus mos erat posteriorum aetatum, disiuncta uno accentu comprehendere; quod primum in loquendo fieri solitum, mox etiam scribendo coeptum est usurpari. HEINR. Qui vulgo *aquae ductus* vocantur, vero et proprio nomine Latine dicuntur *aquae.* Plinius H. N. XXXI. 24. de re loquens *aquas* dicit, non *aquaeductus.* Quid? ipsa Caelii oratio (Art. 76) erat inscripta *de aquis.* Tum, quatenus per arcus et substructiones ducuntur, *opera aquarum,* improprie nonnunquam *ductus,* ut *ductus dilapsi,* et alibi apud Frontin. *quassati.* Constans haec et perpetua ratio Latine loquentium, et ante omnes Frontini. Art. 6: *de consummando eius aquae opere.* Art. 98: *operum suorum et munerum velut perpetuus Curator.* HEINR. alio loco. De *aquis* cf. ad Art. 96.

Art. 1.

res — delegata) Mox *iniunctum officium* et Art. 2 *delegatum officium.* Cf. Plin. Ep. V. 15, 2 et 9. HEINR. Laudat locum Forcellin. in v.

fides sedula) Art. 118: *nostra sedulitas.* „Fides est iustitia in rebus creditis", Cic. Partitt. Orat. 78. Hanc *sedulam* dicit, quatenus ad explendum ex omni parte officii facit *sedulum,* ideoque effectrix est *sedulitatis;* activa illa quidem vi adiectivi, qua innumera iuste in sermone poetico usurpantur, mox, cadente lingua cum ingeniis, primum

parcius, deinde usque ad insaniam translata in prosam orationem. Cf. Art. 123. *fideles* et *fides*, et Ciceronis auctoritatem Epist. ad Divers. XVI. 17 (*fideliter, cui verbo domicilium est proprium in officio*). HEINR. Sch. „Berufstreue".

instigent) Verum. Schaefer. ad Plin. Paneg. 75, 3. Rursus Art. 128: *ut — proprium ius tam res publica, quam privata haberent.* Art. 22: *Nec Virgo, nec Appia, nec Alsietina — piscinas habent.* Praeclare Heusing. ad Cic. Off. I. 41, 10. HEINR.

nescio diligentiore an amantiore) i. e. cuius nescio diligentia in republica, an amor reip. sit praeferendus, i. e. et diligentissimus et amantissimus. Respiciunt haec ad praecedentia: *non ad diligentiam modo* (sc. in re commissa), *verum ad amorem quoque commissae rei.* In quibus hoc quoque notandum est, coniunctionem quandam esse etiam inter notiones *diligentia* et *fides sedula*, item inter *amor* et *naturalis sollicitudo.*

aquarum iniunctum officium) Pro quo Art. 102: *ad nos cura* (aquarum) *translata.* Sic Tacit. Agr. 13: *iniuncta imperii munera.* Cf. Herzog ad Caes. B. G. VII. 77.

ad securitatem) De re Art. 117.

principes civ. n. viros) Plin. Fpist. IV. 8, 3. p. 146. Vellei. II. 89, 4. Iidem fere, qui „*principes in Caesaris amicitia*" Tacit. Dial. c. 8. (L'etat c'est moi). HEINR.

in ceteris negotiis) Art. 2: *per multa officia.* Strateg. Praef. I: *hoc opus, sicut cetera.*

2.

omnis actus) Sch: „alles Handelns". Immo totum locum si recte ceperis, sensu strictori *actus* hic significare intelliges munus publicum commissum seu delegatum officium (cuius infra fit mentio). Vertere possis „Staatsdienst". Cui comparari potest infra sequens *agens*, „Staatsdiener", muneris alicuius publici curator.

neque crediderim) Syntaxis trium ab his vocibus pendentium sententiarum haec est. Neque crediderim, ullum omnis actus certius esse fundamentum, *quam* illud *nosse quod suscepi;* neque crediderim, aliter discerni posse, quae facienda quaeque vitanda sint, *quam* illo *nosse quod*

suscepi; neque crediderim, aliud tam indecorum etc. Ter autem eadem vocabula *neque crediderim* repetere fastidiens, Frontinus cum *aut* et *ve* perrexit.

tolerabili viro) Fort. *probabili*, i. e. qui vult eum se esse, qui possit probari; ut sunt *probabiles oratores, scenici.* Defendo vulgatum. Terent. Heaut. I. 2, 31: *homo tolerabilis.* cf. Ruhnk. Cic. R. P. I. p. m. min. 24: *tolerabilis rex.* Seneca Epist. p. 557: *tolerabilis poeta.* J. Scaliger in Culicem p. 36 sq. Comparandum item Latinum *non contemnendus.* v. Nizol. et Ern. Clav. in v. Gr. ἐπιεικής, ex Isocrat. p. 232. penult. HEINR.

quotiens imperitia praecessit et adiutorum decrevit usum) Huic lectioni, quam post Polenum habent editores, Adlerus hanc subiicit interpretationem: „*Decrevit*, vel cogitur ob ignorantiam, uti non solum officiis adiutorum, sed totam curam et exsecutionem officii iis ita committere, ut sua sponte, non autem ad eius praescriptum id efficiant.“ In Schultzii correctione (vertentis: so oft des Vorgesetzten Unerfahrenheit zur Sachkenntniss der Gehülfen Zuflucht nimmt) lingua non est vituperanda; dicendi genus *praepositus* i. e. curator aquarum, probatur ex Art. 17 et 117, Frontino proprium; etiam ipsa sententia non inepta est. Attamen praeferas: *quotiens imperitia praecessit et ad adiutorum* (vel etiam *ad illorum*) *decurrit usum. Imperitiam* habet, cui deest illud „nosse quod suscepi“; cui imperitiae opponitur *usus* i. e. nosse, Praxis, practische Gewandtheit und Erfahrung. *Decurrere* est „confugere“, et saepe dicitur de eo, qui auxilium quaerit. Art. 130: *ad indulgentiam Imperatoris decucurrerunt. Praecessit* absolute ponitur. Efficacior quidem hac emendatione sententia evasit, sed necdum ea, quam Frontinum chartis mandasse contendas. Quum enim *adiutorum* praecedat, neque id vocabulum cuiquam potuerit esse ignotum, verisimile non est, librarium illud per ignorantiam mutilasse; idem cadit in *illorum.* Proinde ego, nisi vox difficilior et gravior exiguum illud lacunae spatium expleverit, Frontinum scriptum reliquisse suspicor ita, ut edidimus. Sententia saltem egregia est. Cf. Art. 119: *non solum scientia peritorum, sed et proprio usu Curator instructus esse debet. Ei* in codd. saepe exaratur pro *ei'* i. e. *eius*, ut legitur in edd.; idem compendium librarios transversos egit in seq. *ad cuius:* de quo librariorum more cf. ad Art. 73. Corruptela *decurrit*

pro *decurrit*? i. e. *decurritur*, sexcenties in codd., etiam nostris, deprehenditur; cui sanandae est edd. lectio *decernitur*. Unica audacia est, quod loco monstri *orua* reposui *crebro:* cuius vocis loco fortasse positum erat adiectivum, ad *usum* pertinens.

agentis) Vocabulum *agens* Schultzius affirmat posse hic quidem significare „agentem, sc. mensuram, agrimensorem", (collato Goes. ad Hygin. de limit. constit.), idque Frontino contraxisse ignominiam, ut auctor librorum *de agrorum qualitate* et *de coloniis* iudicatus sit, quamvis hi non ante saeculum quintum sint conditi. — Significatio vocis *agens* latissime in administrationem diversissimorum munerum publicorum ramos agit. Quomodo autem nostro loco, ubi de aquarum cura agitur, fieri potuerit, ut *agrimensor*, tanquam deus ex machina, partem susceperit, ego quidem, etiam si in loco depravato vel absconditissimus sensus lateat (— quod quidem vix credo —), mediusfidius non intelligo. Proxime hic nisi de *aquarum curatore* cogitari non potest. In lexicis de huiusmodi significatione altum silentium, et forsitan Frontinus ea primus usus est; eadem sane ratio est *praepositi* (v. supra), cuius magistratus, summa aquarum cura praediti, exemplum in nullo scriptore ante Frontini aetatem eruas. Verum etiam huic opinioni ut concedas, non omni modo cogeris: videtur potius sententia esse generalis, et *agens*, utpote diversi muneris magistratus, debere in universum capi. Compara, quae initio huius Art. de *actus* monuimus. Hanc quoque significationem Romani, quod sciam, ante Frontini aetatem abhorruerunt, neque ea in ullo lexico censetur: quae quidem res casu tantum factum esse, et, quod lexica attinet, contemptui, quo adhuc Frontinum prosequebantur, imputari potest. De cetero quoniam antea nemo Romanus de aquae ductibus librum scripserat, consentaneum erat, ut Frontinus ex loquendi proprietatibus, quas in negotiis publicis ferebat usus, dicendi genera transferret reique suae accommodaret, quae, nobis nunc minus cognita, Romanorum autem ore pervulgata fuerint.

velut in corpus) in ein Ganzes gebracht. Ruhnk. ad Vellei. p. 293. c. 2. *Corpus* de scriptis, quasi totum opus, sive uno id constet volumine aut libro, sive pluribus. Cic. ad Q. Fr. II. 13. s. fin. *Corpus historiarum*, Praefat. Strategemat. p. 5. HEINR.

in — commentarium contuli) Eadem formula Frontin. de Colon. in Scriptt. rei agrar. p. 109 et 142 ed. Goes.

forma) Leg. *formula.* Art. 17: *formula officii.* Infra: *regula.* v. Brisson. v. *Forma.* Siglum *form.* apud Gaium. Cf. Schultz. Grundleg. p. 634. not. 10. HEINR. *Formula* i. e. norma. *Forma*, etiam ad linguam, auctoritate destituitur.

post experimenta et usum) Cicero nusquam *experimenta*, semel tantum *experimentum.* Itidem Livius. Sallust. *experimentis cognitum est*, durch gemachte Erfahrungen. Argenteae aetati vix aliud vocabulum tam frequentatum et sing. et plur. numero. Plinius maior infinitis locis et *experimentum* dicit et *experimenta*, Versuche. Quintilian. item I. 12, 8. et XI. 2, 42: *experimentis deprehenditur.* Idem II. 14, 15: *plurimis experimentis — constat ars dicendi.* II. 17, 9: *medicina, ut quibusdam placet, tota constat experimentis.* II. 15, 5: *Nam in omnibus fere minus valent praecepta quam experimenta.* IV 2, 86: *nostris experimentis.* XI. 2, 33: *si quid me experimenta* (die gemachten Erfahrungen) *docuerunt.* Tacit. Hist. I. 11: *post experimentum domini minoris. Experimentum*, ἡ πεῖρα, *experientia*, ἡ ἐμπειρία. Illa singula collecta quasi summam efficiunt *experientiam;* et quemadmodum *experientia* et *usus* copulate vulgo dici solent (Rhodius ad Largi Praef.), sic *experimenta* et *usum* coniungi nihil omnino *obstabit.* HEINR.

In aliis autem libris — succedentium res acta est) Bene interpretatur Polenus: „in aliis libris succedentium utilitati consultum est.“ Jam sive *alii libri* erunt libri Strategematicon, sive libri de re militari; *succedentes* sunt belli duces, qui Frontini, qui ipse quondam imperator fuerat, diligenter perlustratis exemplis, ut inde fructum capiant, animum adiungunt. Et docendi causa Frontinus Strategemata scripsit: *Ita enim*, ait in Praefat., *consilii quoque et providentiae exemplis succincti duces erunt; unde illis excogitandi gerendique similia facultas nutriatur. Praeterea continget, ne de eventu trepidet inventionis suae, qui probatis eam experimentis comparabit.* et utilitatis causa: *Opus hoc*, ibidem dicit, *sicut cetera, usus potius aliorum — causa aggressus sum.* Hunc autem finem eo magis assequi poterat, quod libros illos condiderat *post experimenta et usum;* namque ipse belli dux fuerat et Silures in Britannia Lingonesque in Gallia subiecerat. Do-

cendi et utilitatis notio continetur verbis *succedentium res acta est. Res* i. e. utilitas; de eleganti formula *res agitur* v. Ruhnken. ad Terent. Heaut. II. 3. 113 *(quasi istic minor mea res agatur, quam tua)*. In seqq. verborum collocatio exquisita est, qua non intellecta, etiam summa loci intelligi non potuit. In aliis libris condendis Frontinus utilitatem successorum spectavit: commentarium de aquae ductibus cum modestia fortasse etiam successuro aquarum Curatori utilitati fore sperat; quem vero quum inter initia administrationis ideoque sine experimentis et usu scripserit, potius ad se ipsum instituendum regendumque destinavit.

3.

Ac ne quid — praetermisisse videar) Frontin. de Agror. Qual. p. 29. et Goes.: *Ergo ne quid nos praeteriisse videamur, omnium mensurarum appellationes conferamus.* *** In lacuna Frontinus ordinem rerum de quibus acturus est, descripsit; pariter atque nostro loco simillimo.

coepisset) scil. *perduci*, ex proximo membro; quae explicandi ratio plane est necessaria propter seqq., in quibus haud aliter constat structura. Alioquin v. *coepi* per se positum complet sensum. Juvenal. *quoniam coepit Graecorum mentio.* HEINR.

altitudinem) Quid sit *altitudo*, intelligitur ex Art. 18 sqq.

quantum intra Urbem) *Quantum* i. e. in (usque ad) quantam copiam. *Pro suo modo* i. e. pro sua copia, pro mensura suae quantitatis, interpretante Poleno. Eadem significatio Art. 10.

publica privataque) Art. 106: *quibus locis* — castella privati *facere possent, ex quibus aquam ducerent, quam ex* castello communi *accepissent.* HEINR. Sch. in not. cr. delet illud *privataque*, ut a librario profectum, nescio, Frontinum numerum castellorum privatorum afferre nec voluisse nec potuisse, quum fuissent innumerabilia.

publicis operibus) v. Schultz. III. 18.

muneribus) Cum his comparo, vel potius eadem facio, *nymphaea:* Heinecc. Syntagm. Antiq. p. 392. Brisson. in v. Attende ibi ad inscr. e Grutero: *nymphaeum — ad* cultum *pristinum revocavit.* „Die Wasserkünste.“ Plin. H. N. 36. p. 366: *castella* cultu *magnifica.* Inscriptio Panthei ap. Wolf. Museum I. p. 194. HEINR. *Ita*

enim cultiores appellantur. Forcell. v. *cultus. οἱ χαριέστεροι.* Cf. Schneider. Vitruv. 8. p. 138. Wolf. ad Or. pr. Marcello p. 62. HEINR.

cultiores appellant) i. e. qui cultius urbaniusque loquuntur, explicante Forcellino. Vulgare nomen videtur fuisse *spectacula.*

lacubus) künstliche Seen, grosse Weiher. Matthiae ad Cic. pro Rosc. Am. p. 41. HEINR. C: *lacibus.* Schultzius III. 16 legit *lacis.* Discrimen Schultzius statuit hoc: „*lacus, i* est das Wasserbecken, *lacus, us* der See.“ Ex quo Art. 94 scribit *laco;* Art. 87 *laci;* Art. 88 *lacorum;* Art. 98 et 129 *lacos;* Art. 3, 23, 78, 79, 81, 82, 83, 84, 86, 98 *lacis.* Fuisse antiquissimis temporibus formam *lacus, i*, non potest abnegari; sed num inter ambas formas divisa etiam significatio fuerit, vix potest discerni. Posteriori tempore nullum deprehenditur illius discriminis vestigium; immo exemplum e Cassiodoro petitum probat, formam minime dividere significationem, sed omnino etiam secundae declinationis formam aliquando promiscue fuisse adhibitam; quae ratio etiam in aliis nominibus obtinet. In auctoribus nobis e vetustatis naufragio servatis semper semperque, qua significatione nihil refert, usurpatur forma quartae declinationis, ut rara variatio, hic illic in codice vel editione veteri oblata, non possit respici. Frontini libri omnes vulgarem formam ubique sine ulla variatione tenent: quod vero C pro *lacubus* decem locis constanter praebet *lacibus,* inde minime enascitur emendationi *lacis* approbatio, immo probatur potius, Frontinum usitatam ceteris scriptoribus formam *lacubus* abhorruisse et animo suo magis adridentem vulgarem quartae declinationis formam *lacibus* praetulisse. — Idem cadit in nomen *specus.* v. ad Art. 125. Fuere quidem etiam, qui dicerent *specus, i.* Sed quod in C constanter legitur *specibus,* non facit id nobis potestatem scribendi *specis* et declinationem vocis *specus* reformandi, praesertim quum in ceteris casibus ubique forma vulgaris servetur.

beneficio Principis) v. Schultz. VI. 12. Scriptores rei agrariae commemorant *beneficiorum libros.* v. Rigaltii Gloss. Agrim. apud Goes.

ducendarum tuendarumque) Quid significet *tueri,* ex Art. 94 et seqq. ultro intelligitur. Cf. Polen. ad Art. 114 not. 2. *Ducere* propria significatione est „deducere“, scil. in usum hominum, ut ex Art. 94 et seqq. manifestum est. „Aquarum“, quod ad *earum* subintelligi

debet, bifariam capiendum, ad *ducendarum* notione vulgari, ad *tuendarum* notione „aquae ductuum“, de qua v. ad Art. 96.

4.

C. Ammaranius Apollinaris meminit.) Sic est in edd. post Polenum, qui quum non haberet, quod ederet, hoc monstruosum nomen reposuit ex coniectura, cuius ipse non potuit afferre rationem. Facies loci in libris mihi quidem offertur haec. C: *caminarus* (non *cammaras*, referente Poleno) *et apollinaris inscant²ne.* U: *cāmaras apollinaris meminit.* V: *C. amaraus apollinaris metuitne.* Ed. pr. F J et rec: *C. Ammaranus* (seu *Amaranus*) *Apollinaris meminit.* Etiam Paris. *C. Amaranus;* sed quomodo cetera legat, nescio. Ex his Sch. in sua textus recens. emendavit: *sicut cum aliis et S. Apollinaris in libro anteriore.* totam hanc sententiam a librario sciolo inculcatam esse iudicans; in not. crit. autem: *sicut [cum Varrone] S. Apollinaris meminit.* verba *cum Varrone* a sciolo interprete ex Varr. L. L. V. 10 (ed. Spengel.) inserta esse statuens, sub Apollinare autem illo intelligens C. Sulpicium Apollinarem, cuius Martialis (v. Gyrald. Poet. Hist. Dial. IV. p. 182 ed. Basil. 1580), Frontini amicus, et A. Gellius (II. 16. IV. 17) summa cum laude mentionem faciunt. Etiam Heinr. totum locum uncis inclusit; annotat autem: „Scaliger Ind. nominum ap. Gruter. „Cammarianus. CCCLXII. 11.“ (?) Licet opinari, id esse nominis, quod latet sub mendo, vel compendio *cammaras.*“ Ego quidem sic iudico. Primum verbo *meminit* hoc loco nihil potest esse deterius, ne dicam ob latinitatem, sed ob naturam totius loci, quae nos cogit, ut exempla nonnulla hic prolata a Frontino fuisse statuamus. Tum fontium sanctitatis omnibus temporibus memoria visque medicatrix celebratior erat, quam cuius rei Frontinum in tam compendioso opere afferre auctores deceret. Immo Frontinus hoc loco aut instituerat comparationem cum exemplis sanatorum corporum, qualia apud Graecos exstant per Apollinem *ὑγιέα* (de quo multa contulit Gyrald. Hist. Deor. Synt. VII. p. 212 sq. Apollinis medici post Spei ad Tiberim aedem commemorat Liv. XL. 51); aut fontes quosdam vel aquas Romae Italiaeve ipso nomine introduxerat, quas ipsius tempore adhuc sequebatur superstitiosorum hominum fama, quod vim medicatricem in aegra corpora exercuissent vel adhuc exerce-

rent. Hac mente fortasse reponi posse cogitabam aut: *Marcianus et Apollinaris et Juturnae;* aut potius: *Camoenarum et Apollinis et Juturnae.* in quibus emendationibus codicum vestigia mihi duces erant, minime credenti, me ipsam Frontini manum eruisse. De fonte Marciae cf. Tacit. Ann. XIV. 22. de Camoenarum fonte v. Kircher. Lat. Vet. et Nov. p. 48. a. Amstel. 1671. Fons Apollinaris seu Apollinis ignotus mihi est, sed libros secutus sum. Aquarum Apollinarium mentio est ap. Cellar. Geogr. II. 9. p. 465. Cantabrig. 1703. Saluberrimum Juturnae fontem quis ignorat? quem ex postremis syllabis illius codicis C lectionis *inscant²ne* i. e. *inscanturne*, refingere visum est. Amplius cogitent alii, quibus ad antiquitatis monumenta pervestiganda uberiores fontes manant. De salubritate et sanctitate fontium cf. Plin. H. N. II. 103. XXXI. 2. (ed. Gelen.) Lips. ad Tacit. Ann. XIV. 22. De urbis Romae fontibus cf. Bunsen Beschreib. der St. Rom Bd. I. p. 135.

5.

aqua Appia) Diodor. XX. 36.

ab Appio) Quod ad rem attinet, Auctor de Vir. Illust. et Eutropius (II. 4) a ceteris scriptoribus discrepant, cum ille *aquam Anienem* ab Appio Claudio Censore, hic *T. Veturio et Sp. Posthumio Coss.* aquam Claudiam (i. e. Appiam) ab Appio Claudio Censore in Urbem ductam esse tradant.

qui et viam Appiam) Diodor. l. c. Permulta Lips. de Magnit. Rom. III. 10.

Venox) Ennius Annal. X: *venatica venox.* Popma ad Varron. de L. L. p. 63. Bip. *Venox quasi aquilex* (proprie *aquilix*). Scaliger ad Manil. p. 295. HEINR.

intra annum et sex menses) vor Ablauf der 18 Monate, ut *intra Kal.* Gellius XII. 13. Infra Art. 6. 109. Censura annua ac semestris: Zumpt. Annal. ad a. u. 321. HEINR. Possis explicare: duodevicesimo mense. v. Ulpian. apud Forcellin. v. *intra.* Ipse Frontinus Art. 6: *intra quintum diem, quam erat Duumvir creatus* i. e. quinto die, postquam. Art. 35: *intra breve spatium* i. e. brevi spatio.

nomen aquae) Eutropius II. 4. a Claudio *aquam Claudiam* nominat.

tergiversationibus extraxisse) Forcellinus explicat „cunctationibus".

Quae quidem admittenda explicatio est simillimo loco Frontini Strateg. I. 1, 10: *Et simulato morbo aliquantum temporis* extraxit, *et postquam intellexit, suspectam esse* tergiversationem *suam*, etc. Hic vero magis significatur „versuta declinatio, callida ars“: de qua re legas Liv. IX. 33 fin. Quam vim bene reddidit Sch. „durch viele Winkelzüge“. Verbo *extrahere* (i. e. differre, procrastinare) utitur noster etiam Strateg. I. 5, 19.

consummaret) Verbum proprium de operibus et aedificiis, maxime publicis. Contrarium *inchoare*. HEINR. Plin. Ep. X. 48. Cf. Ind.

in agro Lucullano) „Luculliani horti“ Tacit. Ann. XI. 32. ibi Lips. et Ern. Plin. H. N. 18. p. 231. De forma Manut. ad Epp. Fam. p. 626. c. 2. HEINR. Art. 8: *ex agro Lucullano*. Art. 10: *in agro Lucullano*. Nostro loco et Art. 8 in C exaratur *Luculano*: qua exigua varietate excepta tribus his locis et codd. et edd. in repraesentatam lectionem conspirant. Attamen Sch. (II. 3) ubique corrigit *Luciliano*. Contra ea, cum Art. 22. codd. habeant *sub hortis Lucilianis* (V: *Lucillianis*), idem Sch. (I. 16) ex F (cum qua congruunt J et rec., exhibentes *Lucullianis*) scribit *Lucullanis*. Cum aqua Appia viâ Praenestina, Tepula viâ Latina (Art. 8) et Virgo viâ Collatina (Art. 10) concipiantur, agrum Lucullanum nimio ambitu a via Latina ad Collatinam oportere patuisse perhibent Pol. et Sch. Si de hoc ambitu merito est quod dubites, amplos tamen *Lucullani agri* fines maiore iure admittimus, quam *Luciliani*, cuius Luciliani agri ne verbo quidem a vetere quopiam auctore, ut de eius situ taceam, fiat mentio. Novimus *praedia Luciliana* ex uno lapide ap. Gruter. p. 594. vel ap. Lips. ad Tacit. Ann. XI. 32; *hortos Lucilianos* et *villam Lucilianam* non nisi ex scriptorum locis (v. g. Tacit. l. c. Sueton. Tib. 73), qui sic corrumpuntur ex *hortis Lucullianis* et *villa Luculliana*. At vero de villis hortisque *Lucullianis* inter omnes constat. Inter ditissimas Luculli possessiones celebrantur horti Luculli intra portas Flaminiam et Pincianam in Circo Flaminio (iidem videntur esse *horti Lucullani* a S. Rufo et P. Victore de Reg. U. Rom. in regione IX in Circo Flaminio positi; iidem etiam quorum mentionem facit Frontinus Art. 22). Celebratur etiam *villa Luculliana* apud Misenum promontorium, de qua v. Tacit. Ann. VI. 50. Sueton. Tib. 73. Phaedr. II. 5. itemque *villa Luculliana*

in agro Tusculano cum operibus sumptuosissimis ambulationibusque, de qua vid. inprimis Kircher. Lat. Vet. et Nov. p. 72 sqq. Jam vero Schultzius ad Plinii H. N. XVIII. 6 verba *villa Luculli agro carebat* provocat; eoque testimonio omnem librorum Frontini, in agro Lucullano consentientium, fidem subvertisse sibi videtur, quasi illud omnes omnino Luculli villas complectatur, quum tamen ad unam eamque incertam villam pertineat. Id haud nego, *agrum* Lucullanum nisi tribus Frontini locis nusquam commemorari; tum agrum illum in tantum patuisse vix est verisimile, quia Lucullus sumptuosis magis splendidisque villis hortisque inserviebat, villaeque esse poterant sine agro circumiacente, id quod, Plinio teste, in nescio quam ipsius Luculli villam cadebat. Verum recte annotat Pol: „Cum vox *ager* pluribus praedita sit significationibus, quas inter aliquando territorium alicuius urbis significet, aliquando partem aliquam ipsius territorii, quae privatim ab aliquo possidetur; reor hunc agrum postrema hac significatione assumptum, dictumque Lucullanum, tanquam si totus ad Lucullum, qui magnificam villam et praedia plurima habuit in locis illis, pertinuisset.“ Certe neque continentem agrum Lucullanum immensis finibus ut intelligamus, neque etiam locum Plinianum ad Tusculanam villam referamus nos omni modo cogi putamus: sed quum revera Lucullus apud Tusculum villam magnificasque possessiones habuerit, quin etiam Lucullani Tusculanique agri commutatio facta esse videatur (ut Frontinus Art. 8 videtur indicare); statuere posse e Frontini locis arbitramur, in *quodam Luculli agro*, vel in *quidam Luculli possessione* unamquamque, quas supra commemoravimus, aquarum esse conceptam.

via Praenestina) Hae et aliae, quas Frontinus nominat, viae erant militares, h. e. quae exitum ad mare, aut in urbes, aut ad flumina publica, aut ad aliam viam militarem habebant. POL. Ulpian. Dig. XLIII. 8, 2.

diverticulo) *Diverticulum* appellabatur semita transversa, quae erat a latere viae militaris. v. Drakenb. ad Liv. XLIV. 42, 2. Ruhnk. ad Terent. Eun. IV. 2, 7. Habes *diverticulum* etiam Art. 7. 8. 11. 14. et hac significatione illud accipiunt Polenus, Forcellinus, omnesque quod sciam viri docti. Congrua est significatio *diverticuli fluminis* (apud Martian. Dig. XLIV. 3, 7. et Papinian. Dig. XLI. 3, 45) i. e. ubi flu-

men a recto alveo deflectit, vel ubi pars aquarum eius alio derivatur. Verum omnibus Frontini locis C constanter retinet *deverticulum*; neque aliter legit Simon Schardius in suo Lex. Jurid. v. *dev.* tam Frontini, quam Martiani et Papiniani locis. *Deverticulum* est in via domicilium, ad quod de itinere devertimus, hospitium. v. Drakenb. l. c. Sed hac significatione etiam *diverticulum* ab optimis scriptoribus et optima auctoritate dicitur. Jam vero Schultzius (III. 5) hic, Art. 7 et 8 legit *deverticulum*, contra Art. 11 et 14 *diverticulum*, et *diverticulum* cum ceteris viris doctis statuit esse „Seitenweg", *deverticuli* autem aliam docet significationem hanc: „Wasserableiter, Wasserfang, Sammlungsgraben, Quellgraben, der die Quellwasser zur Leitung führt." Quam novam et ad hunc usque diem incognitam significationem maxima sagacitate et doctrinae copia exposuit. Linguae leges non obstant: nam quemadmodum recte dicitur *devertunt* seu *devertuntur aquae* i. e. ab aliquo loco in locum convertuntur (cf. quae de *deducere* animadvertimus ad Art. 6); ita etiam *deverticulum* dici potest locus, quo aquae convertuntur, colliguntur, confluunt. Sed hac quoque significatione scribere posse debemus *diverticulum*, pariter atque eandem vocem notione hospitii etiam per *di* pronuntiari modo audivimus. Profecto optes fore ut ex ipso Frontino doctissimae Schultzii disquisitioni clarior lux offundatur atque aliud quoque antiquitatis testimonium succurrat. Quicquid erues, ubique *diverticulum* scribendum esse censeo. Primum enim facies omnium locorum, quibus diverticuli mentio fit, una est eademque, ut statuere possimus, Frontinum, si discrimen in animo habuisset, verbis id disertius distinxisse: nimirum deformatos esse locos interpolatione, quod Schultzius affirmat, probabilibus certisque argumentis demonstrari nequit. Tum permutatio litterarum *e* et *i* vulgatus librariorum mos est, et in ipso Cass. obvius: v. g. pro *dirigere*, *directus*, *directura*, in hoc cod. fere ubique legitur *derigere*, *derectus*, *derectura*. v. ad Art. 18. Cave autem credas, Frontini locis *diverticulum* ipsum esse limitem; immo directionem tantum a via militari in campum significat, sive itur limite, sive per agrum cultum. Mimirum si quis a via militari divertit seu deflectit in campum, fons aquae a via militari distat 780 passus: ut, si dicis „auf einem Seitenwege" seu „in einer Seitenabbeugung feldeinwärts linkerhand von 780 Schritten", hoc idem sit, ac si dicas simpli-

citer „780 Schritte (feldeinwärts) linkerhand“. nec refert, num ipse limes te ad fontem deducat, nec ne. Denique nonnullis locis additur *euntibus ab Roma;* quod fit, ne adversam directionem intelligas: atque ubi illa verba non addita sunt, tamen sunt intelligenda: ut omnium horum locorum facies una sit eademque.

Torquatianorum et . . . . . .) Lege: *Torquatianorum et Epaphroditianorum.* nisi forte mavelis *et Terentianorum.* Audi Donatum lib. III. de urb. Rom. p. 454: „Torquatianos et Epaphroditianos a Frontino. Torquitiani statuuntur ab Onuphrio in prima Regione Portae Capenae, in qua et Terentianos statuit.“ CORRAD. Torquatus hic inter Manlios quaerendus; nisi ille est e Naevelliis, Tricongius dictus, Tiberio principe. Plin. H. N. XIV. 28. De Epaphrodito v. Lips. ad Tacit. Ann. XV. 55. Mützell. de Emendat. Theog. Heriod. p. 291. HFINR. Legit tamen Heinr. cum Sch. *et Plautianorum.* Donatus Onuphrio falsum testimonium subiecit; nam apud hunc p. 165 Torquatiani horti sunt Regionis V Esquilinae, sed Terentiani (p. 177) Regionis I Portae Capepenae. Qui horti cum sint diversarum Regionum, altera coniectura omnino spernenda est. Etiam Epaphroditiani nimis magno intervallo a Torquatianis dissitae fuisse videntur. v. Art. 68 et Sch. I. 18. Libri nos plane deserunt. Onuphrius hortis Torquatianis finitimos facit *hortos Plautianos, alias Plaucianos, alias Pallantianos.* Atqui non iidem sunt Plautiani et Pallantiani, ut ex Pallantianorum hortorum situ Art. 20. 69 (cf. Sch. I. 10) liquet; atque Pallantiani, licet sint eiusdem Regionis Esquilinae, remotiores tamen fuisse videntur, quam qui huc trahi possint. In nostra Regione a Victore et Rufo exhibentur *horti Plantiani* (*Planciani*) vel *Plautiani*; atque Sch. I. 6. Frontino restituit *Plautianorum*, quem sequi visum est. De Plautiis cf. Kircher. Lat. Vet. et Nov. p. 160.

ramus Augustae) quid sit, explicamus ad Art. 12. Ad verba *ab Augusto in supplem. eius additus* cf. Art. 12: *Augustus in supplementum Marciae — aliam* (aquam) — *perduxit — quae ab inventore appellatur Augusta.* Quod ad *Gemellos* attinet, in ceteris Frontini locis (v. paulo infra et Art. 65. ubi bis usurpatur) libri scripti et editi variant inter *Gemellos* et *Gemellas,* ita tamen ut *Gemelli* maiorem habeant auctoritatem. Viri docti autem intelligunt „Gemellae aquae.“ Cf. *ter-*

mini gemelli, i. e. duo in unum, apud Goes. de Re agr. p. 314. Caes. B. C. III. 4: *gemella legio* i. e. e duabus una facta.

Publicii clivo) Sch. I. 7 et Heinr. volunt: *Publicio clivo.* At Art. 22: *clivum Publicii.* Idem loquendi mos Art. 13: *Anionis aquae.* Art. 23: *nomina quinariarum* pro „quinarias.“ Art. 36: *unciae modulus* pro „uncia.“

6.

Post annos XL.) Etiam multis annis ante, a. U. 574 (secundum Pigh. Annal. T. II. p. 337), L. Manlio Acidino, Q. Fabio Flacco Coss., Censores M. Aemilius Lepidus et M. Fulvius Nobilior aquam adducendam locaverant, narrante Liv. XL. 51. Sed impedimento fuerat operi M. Licinius Crassus, qui per fundum suum duci non est passus. Istius autem aquae mentionem videtur fecisse etiam M. Cato, ut colligere est ex verbis Sex. Pomponii Festi in v. *retricibus* his: *Retricibus cum ait Cato in ea quam scripsit, cum edissertavit Fulvii Nobilioris Censuram, significat aquam eo nomine, quae est supra viam Ardeatinam inter lapidem II et III, qua irrigantur horti infra viam Ardeatinam et Asinariam usque ad Latinam.*

qui Censuram — gessit) Pigh. Annal. T. I. p. 445. De eodem Curio Aurelius Victor de Vir. Ill. 33: *aquam Anienem de manubiis hostium in Urbem induxit* Cautius scripsit Frontinus, cui maior fides adiungenda. Cf. Polen. not. 2. 2.

Anionis) Sic constanter hic et ubique (praeter Art. 125) C et U; quorum auctoritatem secuti sunt cum Poleno posteriores. Facere cum his videtur cod. Paris., qui certe Art. 5 exhibet *Anionem* (licet inter lineas a m. sec. corrigatur *Anienem*). Contra V et F, item Opsopoei vet. ed. (ipso testante), omnibus locis mordicus tenent *Anienis,* etc. J et rec. inter utramque formam fluctuant. Casu nom. ubique Frontinus dicit *Anio,* usu apud optimos scriptores praevalente, apud quos tamen eodem casu etiam forma *Anien* occurrit. In reliquis casibus *Anienis,* etc. maiorem apud veteres Romanos habet auctoritatem, licet etiam formam *Anionis* exempla non destituant. Sed quum in Senatus consulto Art. 125 ipsi codices C et U in formam *Anienem* consentiant, ob librorum V. F. O constantiam, editionis autem J inconstantiam, parum aberat, quin ubique nomen per litteram *e* protulissem.

perducendam) Infra: *Duumviri aquae perducendae.* etiam inferius:

gloria perductae. Et sic semper loquitur. Scilicet formula in hac re est propria, quae adeo invaluit, ut Art. 18 absolute dicatur *perducere*, non addito „aquam“, in his: *Sed veteres humiliore directura perduxerunt.* Deserit tamen noster hanc consuetudinem Art. 8. ubi scribit: *Censores — aquam — ex agro Lucullano — Romam et in Capitolium adducendam locaverunt.* Atque altero loco Frontinus utitur verbo *deducere*, Art. 10: *Juliam deduxerat.* sed statim pergit: *Virginem quoque — Romam perduxit.* Vel ex his colligere est, et *perducere* et *adducere* et *deducere* eandem admittere significationem: quod ipsorum verborum cognitione confirmatur. Quid sit *adducere*, explicare non est opus. *Deducere* est ducere de loco in locum, notione satis vulgata, quam iam attigimus ad Art. 5. ubi de *deverticulo* egimus. Cf. Art. 19: *quae — ad Viminalem usque portam deveniunt.* Denique verbo *perducere*, et imprimis praepos. *per*, significatur tota via, per quam ducitur aqua a capite usque in urbem, apteque vertitur „herleiten“. Exponenda haec brevissime existimavi, ne a Schultzio VII. 3 transvorsus agaris.

freq. autem Rom. etc.) Pol. retulit ex C: *opere. irefent . . . . . nocumi . . . . . praetor.* Sed ego *nocumi* an *norumi* sit, discernere non possum; etiam de *mi* non constat, quum quattuor ductus tantum iuxta positi sint, deficiente puncto. Neque etiam *praetor* video, sed potius *praetorium ex*, in quo postrema *ium ex* sunt pro *tum ex*, ad seq. sententiam pertinentia. U: *opere irefent . . . . . tum*, in quo *tum* ad seq. sententiam pertinet. V: *opere . . . . . nonum . . . . . praetor . . . . . Tamen ex.* Sch. annotat: „C. Leutschius egregiam mecum communicavit suspicionem, lacunam codicis C ita esse explendam: *opere, in repentino cum Sarsinatibus bello praetermisso. Tum* etc.“ (Hunc in modum ille quidem explevisse videtur ex Fastis Triumph.) „Quam coniecturam omnino probo; verius tamen iudico: *in repentino cum Italicis bello praetermisso;* propterea quod Frontinus Art. 18 *bella contra Italicos* commemorat“. Egregia haec et omni laude digna. Non minoris auctoritatis foret reparandi genus hoc: *frequentibus Romanorum bellis praetermisso.* Corrad. locum in longe aliam sententiam restituere conatus est, legendo: *opere; iere frequentes in vocem Praetoris.* Praetor enim urbanus, adiicit, in Senatu locum habebat et sententiam dicebat. Atque ita edidit Adler. Verum accipiamus etiam edd. lectionem.

O F: *opere post annum nonum Minutius Praetor edidit. Tum* etc. J: *opere . . . . . post annum nonum Minutius Praetor edidit* B et al. rec: *opere. Itaque post annum nonum Manutius Praetor edidit edictum.* in quibus certe *edictum* a sciolo adiectum. — Opsop. annotat: „Forte *edixit* (pro *edidit*), ut in suo libro ex coniectura notaverat Pithoeus.“ Denique Pighius Annal. T. II. p. 20. ex libro nescio quo locum sic extulit: *Post annum deinde nonum rursum Minutius Praetor retulit. Tum* etc. et ex his Frontini verbis anno U. c. 492 Minutium Praetorem restituit. Utcunque est, tam *Praetorem* codicum, quam *Minutium* editionum genuinum habeo; nam non est, quod aut Praetorem a librariis aut ipsum Praetoris nomen ab antiquissimis editoribus, scilicet codicum vestigiis his quoque insistentibus, fictum esse statuamus, praesertim quum pluribus Frontini locis (Ari. 7. 100. 129) ipsis Praetoribus similis aquarum cura iniungatur, et ad ipsum annum U. c. 492 nullum veteris auctoris testimonium, ut ex Pighio colligimus, nobis Praetoris nomen suggerat. Miram sortem, qua inter Frontini mutilum locum et tempus illius anni, qui Praetore deficitur, fortuito tantum convenerit! Quamobrem etiam tempus in edd. servatum verum esse iudico. Attamen ex solis edd. locus restitui nequit: deest aliud quidpiam, causam continens, qua opus intermissum et post tot annos receptum sit et perfectum. Bellis cum Italiae populis, quae omnium Romanorum animos a rebus domesticis ad externa avertebant, hoc accidere potuisse affirmes. Sed aliis quoque casibus annus 483 fuit memorabilis: scil. hiemem asperrimam tanta immanitate saeviisse, ut Tiberis in summam altitudinem glacie fuerit adstrictus, nives horrenda altitudine vel in foro per dies XL manserint, et maxima deinde penuria insecuta iumenta quoque ex pabuli inopia perierint, auctores sunt Zonaras et Augustinus (de Civ. Dei III. 17). Quamquam non tantum mihi sumserim, quasi difficilem causam plane decidam. Maiori fiducia agi posset, si de anno, quo Curius Dentatus mortuus est constaret; si nossemus, hic maximus vir paucosne an plures annos post pugnam ad Beneventum pugnatam degisset. Altera sententia videtur esse probabilior; atque, aetatem viri si consideres, potuit is quidem per tredecim annos post victoriam illam celeberrimam agrum quiete consuetudine sua fodisse. Quin etiam eo inclino, ut locum nostrum, ex edd. restitutum, quo anno Curius vita decesserit, probabili posse

testimonio esse putem. Ut denique disputationem ad finem perducam; ampliorem lacunam suspicatus, edendum hoc quidem tempore censui: *frequentibus autem Romanorum bellis praetermisso, demum post nonum annum rursum Minucius Praetor rem retulit. Retulit*, scil. in Senatu; idque verbum Pighii libro debeo. Qui amplius scrutari volet, ei addo, Art. 120 verba *in recentibus* in C corrumpi in *irecenrebus*, quae corruptio nostrae similis est.

intra quintum diem, quam) Forcellin. v. *intra*. Seneca Rh. p. 413. HEINR. Nos ad Art. 5.

libramento) v. Pol. ad h. l. et ad Art. 18 not. 1. Forcellin. in v. et inprimis Sch. IV. 5.

ex eo) Art. 7. 9. 10. 18. 19 etc. Art. 8: *atque inde*. Art. 11: *ex ea — dari*. Tali modo significat quae proprie sunt *diverticula*. HEINR. Ego vero ita sentio. *Ex eo* genere neutro et numero singulari pronuntiatur pro: ex quibus passibus, i. e. inter quos, quorum. Eadem significatio Art. 7. 9. 10. 14. 15. Huc refer etiam Art. 69: *ex eo dat in Tep.* i. e. ex his quinariis, inter has, quarum. Eadem significatio Art. 18 et seqq. Pro eo in iisdem Artt. paulo supra ubique habes *ex quibus*, scil. quinariis.

7.

DCVIII) Cum Art. 4 numerus annorum 441, item Art. 6 numerus 481 cum Fastis conveniant, nostro contra loco duobus annis est inferior, et in sequentibus quoque annorum numeris (Art. 8 num. 627, Art. 9 num. 719 etc.) idem discrimen deprehendes. Nostro quidem consilio ad ea, quae in hanc rationem accuratius inquisivere Pol. et Sch., lectorem convertere sufficit.

cum Appiae Anionisque cet.) Plin. H. N. XXXVI. 15: *Sed dicantur vera aestimatione invicta miracula, quae Q. Marcius Rex fecit. Is, iussus a Senatu, aquarum Appiae Anienisque ductus reficere, aeram a nomine suo appellatam cuniculis per montes actis intra Praeturae suae tempus adduxit.*

interciperentur) Art. 15: *fraus aquariorum, quos aquas ex publicis ductibus in privatorum usum derivare deprehendimus.* ex quorum locorum comparatione, quid sit *intercipere*, satis liquet. Art. 7: *Tepulae rivum intercepit* i. e. (Poleno interprete) avertit a priore ductu, id agens,

ut Tepulam alteri aquae adiungeret. Idem verbum Art. 18. 19. 67. 68. 13. 87.

vindicandorum) i. e. retinendae in ipsis ductibus aquae, fraudibus privatorum ante interceptae, interpretante Poleno. Cf. ad Art. 129.

perduceret per ampliores *ductus*. Rivis hic, et opere supra terram, in Capitolium eam aquam *duxit*) C: *perduceret . . . . . ores ductus . . . . . tertia millio briorum . . . . . duxit.* U: *perduceret . . . . . ores ductus rey . . . . . tertio milliario briorum . . . . . duxit.* Ed. pr: *perduceret: ampliores ductus Reip. causa III milliario fabrorum duxit.* J: *perduceret . . . . . ampliores ductus . . . . . reipu. causa tertio milliario . . . . . fabrorum duxit.* Ego autem ex coniecturis, quae visae magis probabiles sunt, locum hunc scripsi. Primum itaque *ampliores* reposui; nam agebatur praesertim de augenda aquae copia, et ampliores ductus pertinere debebant ad novam aquam. Pro *rei . . . . . tertia* posui *Rivis hic* (Marcius) *et opera supra terram;* ratus etenim sum verisimile, hisce verbis coepisse Frontinum narrationem perductionis aquae a Marcio factae. Neque enim illa *Reipu. caussa* visa fuere propria. Nam etsi ea, quae fiebant, pertinebant aliquo modo ad reip. utilitatem, proprie tamen ad utilitatem urbis Romae spectabant, non ad totum imperium. Loco autem *millio briorum* posui *in Capitolium.* Quid enim *tertio millio* vel *tertio milliario* cum hac narratione? Certe mihi probabile fit, Frontinum potius scripsisse, quo aquam Marcius perduxerit. Nam quod hic narratur, videtur veluti propositio quaedam eorum, quae fusius infra describuntur a verbis *Legimus apud Fenestellam* ad verba *aquam perductam*: infra vero concluditur, aquam fuisse perductam *in Capitolium.* In lacuna ante *duxit* posui *eam aquam;* quae verba videntur quasi indicari a subsequentibus *cui ab auctore Marciae nomen est.* Verba *fabrorum opera* placere non poterant; quandoquidem de perductione aliarum aquarum Frontinus scribens, ne verbum quidem unum facit de fabris, servis, lapicidis, quibus in aquis ceteris ducendis, aeque ac in Marcia, opus fuit. POL. Sch. conatus est restituere: *perducere. Tum post priores ductus reipublicae restitutos tertiam illam aquarum in Urbem perduxit, cui* etc. In C ego non video *duxit*, sed *dixx*, in U autem *dux*, et utroque in compendio litterae finali *x* superductum signum cir-

cumflexum. V: *perduceret: ampliores rei. III miliario . . . . . briorum duxit.* F convenit cum ed. pr. In B autem et al. rec. lacunae editionis J sic explentur: *perduceret, ei ampliores ductus faceret. Reipubl. causa tertio miliario opera fabrorum duxit.* Corrad. legi iubet: *perduceret per ampliores ductus. Rivum a tertio milliario rivorum maximum duxit.* Ego reposueram, partim librorum vestigiis partim coniectura ductus: *Igitur per ampliores ductus rei publicae commodo trium millium fabrorum opera aquam duxit. Commodo* i. e. in commodum omnium civium erat, quod nunc per ampliores ductus maior aquae copia ducebatur. Idem vocabulum simili sorte Art. 118 in aliis libris corruptum est, in aliis periit. Vox *faber* amplissimam habet significationem, complectens varios opifices, de quibus Frontinus Art. 117 agit. Numeri autem operarum mentio excusari ex eo potest, quod alii quoque scriptores, v. g. Fenestella, tantos sumptus in ipsam Marciae aquam perducendam factos esse memoriae prodiderunt. In hunc modum de loco depravato statueram. Sed ecce in manus veniunt variae lectiones codicis Paris. a Mennio descriptae; quarum quae ad hunc locum pertinet, sic habet: *perduceret. qui lapide quadrato ampliores ductus excitavit, perque illos aquam quam acquisiverat, reip. causa per agros Fabiorum duxit.* in qua lectione rubro colore deleta vides haec: *qui lapide quadrato perque illos aquam quam acquisiverat reip. causa per agros Fabi.* „Et eorum loco (Mennii verba sunt, iuxta cod. lectionem posita) eodem colore plura inter lineas scripta sunt; ut ter aut quater librarius videatur in emendando variasse sententiam. interposita plus minus accedunt ad vulgatam lectionem.“ Memineris velim, cod. hunc esse ex antiquissimo exemplari descriptum, eiusque varias lectiones magnam partem esse egregias. Etiam nostro loco verbis *lapide quadrato ductus excitavit* nihil potest obiici, quum ductuum lapide quadrato exstructorum mentio fiat etiam Art. 124. et locutio *ductus excitare* sit optima. Tum formula *acquirere aquam* in hac re propria est, ut docebitur ad Art. 9. Unum tamen admodum me vexat, id est mentio *agrorum Fabiorum*, de quibus mihi quidem nihil constat. Quocirca, in re incerta electo, quod ceteris certius videtur, lego: *perduceret. Qui lapide quadrato ampliores ductus excitavit, perque illos aquam quam acquisiverat reipublicae commodo, ... orum duxit.* Scilicet quid loco illius *per agros Fabi –*

reponam, nunc non habeo, nisi ex al. libris placeat *trium millium operâ fabrorum.*

Fenestellam) Is est, qui *vixit sub Augusto et obiit novissimo Tiberii Caesaris principatu, ut ait Plinius; vel ut Eusebius, Cumis decessit sub Augusto:* scripsitque Annales ac alia opera; cuius fragmenta exstant inter Fragm. Hist. Vet., quae cum notis A. Popmae reperiuntur ad calcem editionis C. Crispi Sallustii adornatae ab J. Wasse Cantabrig. 1710. In ea tamen collectione nihil est, quod rem nostram illustret, et nostri loci mentio nulla. Ceterum putamus, nihil pertinere ad hunc locum notitiam Pseudo-Fenestellae (vere Andreae Fiochi Florentini), qui libellum de Magistratibus scripsit. POL. Fenestella in Annal. Scaliger. ad Eusch. p. 183. b. Heer. Font. Plut. p. 146. Plin. H. N. 33. p. 212. HEINR.

non sufficiebat spatium Praeturae) Plinius (XXXVI. 15) scribit, Marcium aquam *inter Praeturae suae tempus* adduxisse, universim locutus et prorogatum magistratum non curans.

aliis ex causis) A Pol. affertur Julius Obsequens de Prodig.: *Amiterni puer tribus pedibus natus. Caurae* (Scheffer. *Corae*, Perizon. *Caere*) *sanguinis rivi e terra fluxerunt. Cum a Salassis illata esset clades Romanis, Decemviri pronuntiaverunt, se invenisse in Sibyllinis, quoties bellum Galli illaturi essent, sacrificari in eorum finibus oportere.*

pro collega) *Praetore urbano pro collega.* Compara *pro tribu* in Lege Art. 129 et plura eiusmodi v. Gronov. Observ. p. 526. HEINR. Codd. et edd. *pro collega.* Pol. edidit *pro collegio*, scil. Decemvirorum, Pighii (Annal. T. II. p. 471) emendationem secutus. Videlicet in favorem Decemvirorum et contra Marcium verba fecisse Lepidum affirmat; attamen, licet Lepidus Marcio adversatus fuerit, vicisse gratiam Marcii. Immo librorum auctoritas praestat. Nimirum Decemviris in librorum Sibyllinorum sententia perstantibus, Lepidus, quem eo tempore Praetorem urbanum fuisse probabile est, absentis collegae Marcii, Praetoris peregrini, partes egit, et nomine locoque collegae atque in huius favorem Decemviris contradixit. Quum autem inter utramque partem non convenisset, post tertium annum Lentulus rem, ut tandem ea decideretur, retractavit, is quoque Marcii rei favens.: et utroque tempore gratia Marcii vicit. Ceterum proprietas formulae *pro collegio* Poleni inter-

pretationem iam subvertit; de qua v. Gruber Zeitschrift für Alterth. J. 1837 Nro 20. p. 171.

post annum tertium) V F O: *post annum decimum.* Male. Nam a. U. 608 Ser. Sulpicius Galba et L. Aurelius Cotta erant Coss.; Q. Marcius Rex Praetor. A. U. 609 Coss. erant Ap. Claudius et Q. Caecilius; Q. Marcius Rex et Lepidus Praetores. Denique post tertium annum (non decimum), i. e. quarto anno post (non undecimo) C. Laelius et Q. Servilius erant Coss.; L. Lentulus Praetor.

ad mill. XXXVI) Fateor in codd. et edd. legi: *ad mill. trigesimum octavum*, non *sextum.* Sed diverticulum, quod directum in Sublacensem a milliario XXXVI viae Valeriae, erat longitudine milliariorum trium, pervenire haud poterat ad XXXVIII milliarium ipsius viae Sublacensis. Praeterquam quod, si Marcia originem habuisset *vid Sublacensi ap mill. XXXVIII sinistrorsus intra passuum ducentorum* etc., quando etiam Claudia, ut Art. 14 Frontinus scribit, concipiebatur *via Sublacensi ad mill. XXXVIII diverticulo sinistrorsum intra passus CCC,* iam origines Marciae et Claudiae quam proximae fuissent, quod propter diversa ductuum itinera aliasque rationes credibile non est. Quare, cum in iam dicta mentione viae Sublacensis nihil mihi probabilius esset, quam designari viam illam ad indicandam Marciae originem, numerum, qui facillime vitiari poterat, emendandum vertendumque in XXXVI opinatus sum. POL. Librorum lectionem tuetur Sch. V. 4. V F O: *ad mill. XXXIV.* Sed C U J et rec: *ad m. trigesimum octavum.*

intra spatium — perviridi) C U: *intra passuum ducentorum fontiu* (C admodum obscure) . . . . . *sub* . . . . *bus petrei* (U: *preiᵉe* i. e. *petree*) . . . . . *statim* . . . . . *stagnimo* (sic, non *stagy uno*, quod ex C refert Pol.) . . . . . *colore perviridi* (U: *privir.*) V: *intra spatium* . . . . . *fontium sub* . . . . . *bus pene statim stagnino colore perviridi.* F: *intra spatium supra terram finitum substructionibus pene statim stagnimo colore perviridi.* O J et rec. item cod. Paris.: *intra* (Par. *supra*) *spatium passuum ducentorum finita* (O hic inscrit *supra terram*) *substructionibus pene statim stagnimo* (Par. *staginno*) *colore perviridi* (Par. B et al. rec. *praev.*) In Paris. pro *substructionibus* man. sec. *substructione ibi*, et super *statim staginno* rubro colore scribitur *statumine siginno.* Pol. desperatorum verborum

loco lacunas reliquit. Corrad. legi lubet: *intra passuum ducentorum fornicibus et substructionibus praeterit statim stagnino, immo colore perviridi.* et sic edidit Adler. Debebat saltem legere *intra fornices et substructiones;* praeterea *stagninus* inauditum vocabulum est, receptum quidem a Forcellino, sed addito iudicio, lectionem esse dubiam. Scaliger huius vocabuli loco suspicabatur *siginno,* [quod Art. 10 legitur. Keuchenio illud *pene,* quod est in edd., indicare videtur, substructionum numerum esse omissum. Ob litterarum vestigia, notitiam rei locique naturam Sch. damnum sic reparavit: *intra spatium passuum ducentorum fontinalibus sub fornicibus petraeis stat immobilis, stagni modo, colore perviridi.* Cf. Sch. V. 4. Ipsam quidem rem acu tetigisse videtur; sed eximiae illi emendationi innitens ego legere malim: *intra spatium passuum ducentorum, fontium* (seu *fonticulorum*) *infinita multitudine* (seu *infinito numero*) *sub fornicibus petraeis scatenti, stat immobilis stagni modo, colore perviridi.* Vocabulorum *fontium* et *finita* seu *finitum,* item *scatenti* et *statim,* unum in alterius locum successit, quinimmo ob similitudinem unum alterum exturbavit. Vocabulo *praeviridis* ex Frontino locum concessit Forcellinus in Lex.; sed librorum auctoritate et re ipsa praestat *perviridis:* atque aquae *color perviridis* passim apud scriptores occurrit, ut in ipso Forcellino videre est. — De origine Marciae aliter refert Plinius H. N. XXXI. 3: *Vocabatur haec* (Marcia) *quondam Aufeia, fons autem ipse Piconia. Oritur in ultimis montibus Peligno-rum; transit Marsos et Fucinum lacum, Romam non dubie petens. Mox specu mersa, in Tiburtina se aperit, IX M. p. fornicibus structis perducta.* (quem originem ad Frontinum testem transfert Kircherus Lat. Vet. et Nov. p. 170. b. per errorem, opinor, qui corrigi potest ex eiusdem narratione p. 208). Et a Plinio, ut Pol. annotat, videtur Statius (Syl. I. Bal. Etr.) mutuatus illud: — *Marsasque nives et frigora ducens Marcia* —. De quo discrimine v. ad Art. 12.

Ductus eius habet long. etc.) In numeris pertinentibus ad hunc ductum secutus sum codicem C (excepto numero 6473; quem perexigua facta mutatione converti in 6472, re ita exigente), qui numeri inter se comparati consentiunt: non ita vero numeri in editis libris, qui sunt prorsus depravati. Ductus integer a capite ad Urbem erat passuum 61,710 cum dimidio. At rivus subterraneus erat passuum 54,247 cum

dimidio; et opus supra terram passum 7468: qui duo numeri in unam summam collecti dant numerum 61,710 cum dimidio; estque hic, ut oportet, aequalis numero exprimenti longitudinem integram ductus. Praeterea, opus arcuatum longius ab Urbe erat passuum 463; propius Urbem substructio erat passuum 528; reliquum opus arcuatum passuum 6472: qui tres numeri in unam summam collecti dant numerum 7463; qui prorsus aequalis est, ut oportet, numero exprimenti longitudinem integri operis supra terram. POL. Cf. Sch. V. 4. V F: *colore p. ductus est. Habet long.*

a capite) „*Caput limitis.* Ut caput aquae." ait Rigaltius in Gloss. Agrim. ap. Goes. in Re Agrar. Respiciendum hoc inquirenti, quid sit *caput*. de quo agit Sch. III. 4.

8.

Caepio — Longinus) Utriusque Censoris mentio fit etiam Cic. Verr. III. et Vellei. Pat. II. 10, annotante Poleno. Cognomen *Ravilla* commemoratur etiam ab Anonym. Noris., ut ex nuperrima Forcellin. ed. comperior. Cf. Scalig. ad Fest. p. 161.

quem quidam Tusculanum credunt) Quid haec verba significent, vix video. Nisi sententia sit haec: quem agrum Lucullanum aliquando fuisse partem agri Tusculani, quidam credunt. Id enim vicinitas Tusculi potest suadere. Profecto res haud indigna est, quam considerent, qui chorographiae veteris Latii emendandae operam navant. POL. Raph. Volaterranus Geograph. lib. VI. fol. 54. B. ed. Paris. 1526. Frontinum respiciens loquitur: *Appia concipitur in agro Lucullano, qui nunc Tusculanus putatur.* Cf. ad Art. 5. Heinr. verba uncis inclusit, annotavitque „Additamentum ex margine".

9.

L. Volcatio) Plenum huius viri nomen *L. Volcatius Tullus* fuisse, ex Dion. Cass. XLIX constat, qui etiam collegam nominat, et in hunc consulatum Aedilitatem quoque Agrippae incidisse auctor est.

vires — collegit) i. e. alterius aquae rivulos sparsim fluentes in unum rivum corrivavit. POL. Art. 10: *Virginem in agro Lucullano collectam.*

Acquisitae aquae) i. e. ex pluribus scaturiginibus in unum ductum derivatae. Eadem ferme significatione Art. 10: *Virgo adiuvatur compluribus acquisitionibus.* Art. 89: *Julia ex pluribus acquisitionibus constat.* (Cf. Art. 70). POL. Acquisitionum nomine intelligo derivationes aquarum ex scaturiginibus suis in ductus. Quae aquae sparsim fluxissent, nisi fuissent acquisitae, i. e. derivatae, ut plures una ducerentur. POL. ad Art. 69.

ita tamen divisa erogatione, ut etc.) Cunctae aquae coniunctim fluenti ante piscinam fuit nomen Juliae: deinde sic divisa est erogatio, ut aqua ex piscina Juliae per ostium superius effluens Juliae nomen retineret, aquae autem effluenti per ostium inferius mansit ea, quam ante coniunctionem cum Julia habuerat, Tepulae appellatio. Tepulam hanc erogari e piscina Juliae, liquet ex Art. 68: *Caput ergo eius* (Tepulae) *observandum est a piscina Juliae.* POL.

ex eo) sc. ducitur, v. ad Art. 6. HEINR.

Crabra) Manut. ad Cic. pro Balbo c. 20, et ad Ep. Fam. 16, 18. HEINR. Cellar. Geogr. II, 9. p. 500. Kircher. Lat. Vet. et Nov. p. 60. b.

aquarii) v. Sch. VI. 6.

nec) pro „non tamen". Grysar. p. 555 sq. HEINR. Herzog. ad Caes. B. C. I. 42. Neque vero hoc faciebant, ut Juliam augerent.

hauriebant) i. e. quam potius exhauriebant, vacuam reddebant. De significatione Forcellin. in v.

compendii sui gratia) Cic. Off. III. 15: *se negat facturum compendii sui causa, quod non liceat*, i. e. lucri.

sumunt) i. e. utuntur.

notabili) i. magna. HEINR.

salientibus aquis) Deleo *aquis*. Forcellin. v. *Saliens*. Frustra Wesseling. ad Itinerar. Anton. p. 428. Nec obstat Sueton. Octav. c. 82. *Salientes*, mascul., sc. fontes. HEINR. Keuchenius *aquis* superfluum et spurium iudicat auctoritate Plinii XXXVI. 15: *Agrippa — fecit — salientes centum quinque.* Contra ea v. Sch. III. 6 et 7.

10.

in urbe responderit) intell. opinioni vel exspectationi, et cf. Gesner.

Thes. in v. Est: effectum habere. Wolf. ad Sueton. Caes. 46. HEINR. i. e. destinatis urbis regionibus fluere coeperit. Ut Celsus IV. 45: *Saepe feminae, quibus sanguis per menstrua non respondet, hunc exspuunt*, i. e. quibus sanguis non fluit, interpretante Pol. Eadem interpretatio aliaque eiusmodi exempla ap. Forcellin. in v. *respond.*

Virgo appellata est) Cassidor. Ep. VII. 6: *Currit aqua Virgo sub delectatione purissima, quae ideo sic appellata creditur, quod nullis sordibus polluatur.* Plin. H. N. XXXI. 3: *Juxta est Herculaneus rivus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit.* Sed hac in re potior esse debet Frontini auctoritas. POL. Gesner. et Forcellin. in *Virgo.* Sed nihil horum est verum. Latebat causa nominis: inventae sunt fabulae, ut tamen aliquid esset iucundum auditu atque instar historiae. HEINR.

puella virguncula) παῖς κόρη Graecis. Demosth. Mid. p. 540. Aristoph. in Lysistr. HEINR.

aquae modum) i. e. copiam, quantitatem. Laudat inter alia exempla Forcellin. v. *modus.* Eadem significatio Art. 3 et 128.

ad mil. VIII) Plin. H. N. XXXI. 3: *Idem et Virginem adduxit ab octavi lapidis diverticulo II m. p. Praenestina via.* Verbis dissentire, re autem consentire Plinium et Frontinum, ostendit Pol.

Signino etc.) Duabus rebus adiuvatur aqua Virgo, primum signino circumiecto, quo scaturigines continentur; tum vero etiam adiuvatur compluribus aliis acquisitionibus. Cf. Art. 70: *Virgo — ex pluribus acquisitionibus constat.* Tria autem in universum sunt, de quibus loquitur Frontinus, inter se diversa: quo loco Virgo concipiatur; quibus rebus adiuvetur; qua longitudine defluat. De *signino* v. Sch. VII. 7.

acquisitionibus) Laudat Forcellin. Cf. ad Art. 9.

acquisitionum ductus rivi subt.) Hoc loco indicatur, acquisitionibus datum fuisse per rivos subterraneos peculiarem quendam ductum; ut per eos rivos ad praecipuum ductum aquae Virginis acquisitiones ipsae pervenirent. POL. Sch. legit: *Acquisitionum ac ductus, qui vocatur Augusta, rivi subt.*

12.

Nascitur ultra etc.) De aquae Augustae origine hic locus habendus est princeps; quod viri docti non satis respexisse videntur. Schultzium, ubi hac de re disputat, non satis intelligo, quod ingenue fateor, licet

multa recte statuere mihi videatur. Ad nostrum locum Polenus annotat: „Haec tamen aqua (Augusta) a Marcia, cui coniuncta erat, non sic distinguebatur, ut pro duabus haberentur Marcia et haec: nam haec Marciae immixta proprium amittebat nomen, unaque Marcia reputabatur.“ Immo (Art. 5) ad milliarium VI viâ Praenestinâ proxime viam Collatinam ramus Augustae accipit fontem, i. e. ex Augusta secernitur vel derivatur pars aquae, et longitudine passuum 6380 in Appiam infunditur. Falso enim illo loco *ramus Augustae* a viris doctis putatur esse *Augusta*, i. e. ipsa aqua Augusta, et Augustae origo tribuitur, quae ad eius ramum tantum pertinet, qui fontem accipit, i. e. excurrit, ex Augusta: sic enim verba *fontem accipit* intelligenda sunt, non de prima aquae Augustae origine. Porro Dio Cassius LIV prodidit, aquam Virginem ab Agrippa propriis sumptibus in Urbem esse adductam, eamque nomen accepisse Augustam. Qua de re Fabrettus Nro 354 coniicit, Dionem Virginem confudisse cum Appia, quam Augustae ramus supplet; eamque sententiam probat Polenus. Immo aliter ego sentio. Nimirum Augusta non est in numero aquarum primi ordinis, quia eius aqua non ipso nomine in Urbem inducitur, ut aquae ceterae: subsidiaria tantum aqua est, quod teneas velim, supplemento serviens Marciae et Claudiae (Art. 14), supplens postea etiam Appiam; nominis autem singulari aquae ductui impositi honorem nusquam obtinuit. Sic Virginem quoque Augusta adiuvisse videtur: ut ex Art. 10 verbis *et compluribus aliis acquisitionibus* colligere est; quamvis ipsum ibi reponere Augustae nomen audacis foret. Itaque Agrippa, etiam nominis honorem restituturus, Virginem nominasse videtur Augustam; quamvis eadem sorte, qua antea, nomen non in vulgus exierit, sed Virgo nomen superaverit. Denique trans Tiberim quoque Virginis aquam in Urbis Regionem XIV deductam fuisse lego (ap. Schultz. V. 7): quae res nos admonet, ne praepropere faciamus in delendis verbis Art. 4 *quae eadem vocatur Augusta*, et Art. 11 *quae vocatur Augusta*. Nam si Dioni fidem adiungis, Virginem dicenti vocatam esse Augustam, nihil est, quod Frontino fidem deroges, duobus locis narranti, etiam Alsietinam nominatam esse Augustam. — Nostri loci auxilio fortasse etiam ad originem Marciae a Plinio relatam (v. ad Art. 7) intelligendam propius accedere videmur. Etenim non sola Augusta, quae 900 passus ultra Marciae fontem nasci-

tur, Marciam supplevisse videtur, sed aliae quoque aquae, sive cum Augusta coniunctae, sive, quod verius iudices, propriis rivis fluentes. Qua in re causam conlicias esse quaerendam, cur originem Marciae alii scriptores ab aliis principiis deduxerint, ita ut Frontinus ad milliarium XXXVI, ubi multi fontes sub fornicibus scaturigunt, substiterit, Plinius autem tenuium aquarum accessiones longius prosecutus originem Marciae ex regionibus ulterioribus repetierit.

13.

viderentur) scil. Imperatori ipsi. Suffecisse enim septem aquas, ex Sueton. Claud. 20 colligitur, ubi *opera magna potius quam necessaria* ab eo perfecta esse narrantur.

magnificentissime consummavit) Lege Plin. H. N. XXXVI. 15. Sueton. Claud. 20. De impensis in id opus Sch. V. 9.

Sulla et Titiano Coss.) Almelov. sub a. 805. HEINR. *Sulla* certe (V O: *Suilio*) recte se habet: qui a Tacito Ann. XII. 52 vocatur *Faustus Sulla;* in Fastis *P. Cornelius Sulla Faustus;* a Pighio Annal. T. III. p. 585 et Zumptio Ann. p. 121. *Faustus Cornelius Sulla.* Huius collega loco Taciti est *Salvius Otho,* in Fastis (et ap. Zumpt.) *L. Salvius Otho,* cui a Pighio ex Frontino additum est cognomen *Titianus.* Id certum est, Frontini manu scriptum esse *Titiano*: nam in V O diserte legitur *Titiano;* in U J et rec. reperitur *Tutiano;* et in C mei oculi vident *tian* (non *Thiati,* ut refert Pol.), in quo librarius alterum *ti* repetere omisit. Praeterea *L. Salvius Otho* idem vir est, qui *L. Salvius Titianus,* Cos. a 823 in Fastis, idem etiam atque *L. Titianus,* qui Tacit. Hist. I. 77 Consul nominatur, Othonis Imperatoris frater; ut recte nomen Pighius posuerit integrum *L. Salvius Otho Titianus.* Quid autem quod Frontinus adiicit: *Kalendis Augustis?* Scilicet Sulla et Otho Conles erant ordinarii, et *ex Kal. Julis M. Licinius Crassus Mucianus et L. Cornelius Sulla* Consules suffecti. v. Fast. Nonne igitur in Frontino legendum *Sulla et Muciano?* ut ita demum recte se habeant verba Onuphrii Panvinii ad Fast.: „Consulum suffectorum meminit Frontinus primo de Aquaed.“ Immo saepe numero factum est, ut Consules ordinarii locum Consulatus totius anni occupent suffectorumque simul spatium contineant. Apud Cassiodorum in Consulum nominibus magna videtur

esse confusio, exhibentem: *Sylvanus et Sylvius, Tiberius III et Antoninus, Silanus et Otho, Silanus II et Antonius II.* In quibus nomina *Sylvanus et Sylvius, Silanus et Otho* constringenda esse videntur sic: *Sulla et Salvius Otho.* Tum *Tiberius III et Antoninus* orti ex uno nomine *Haterius Antoninus.* Denique *Silanus II et Antonius II* sinistrae repetitioni debentur. Ut totus locus videatur esse reparandus hunc in modum: *Sulla et Salvius Otho, Junius Silanus et Haterius Antoninus;* vel potius, explosis nominibus ab interpolatoris manu insertis, ita: *Sulla et Otho, Silanus et Antoninus.* Jam vero, ut ad Frontinum redeamus, Schultzius corrigit: *Sulla et Salviano,* seu *Sulla et Silvidieno Coss.,* collegam *Fausti Cornelii Sullae Felicis* in aeneis tabulis Herculanensis (Antichit. di Ercol. T. V. p. XXXIX et XLI) notatum esse *L. Salvidienum Rufum Salvianum* affirmans; atque ex iisdem tabulis Taciti quoque (Ann. XII. 52) verba mutat sic: *Fausto Sulla et Salvidieno Coss.* Fuitne fortasse alter Consul suffectus? qualem etiam *Baream Soranum,* qui eiusdem anni principio apud Tacit. Ann. XII. 53 Consul designatus perhibetur, in parte huius anni fuisse arbitratur Pighius l. c. Utut est, ad fidem Frontini loco adiungendam, eorum quae attulimus satis gravis exstitit auctoritas.

14.

ad milliarium XXXVIII) „A lapide XL influxere Curtius atque Caeruleus fontes", refert l. c. Plinius. De quo discrimine variae a viris doctis motae sunt opiniones. v. Pol. Tu vero discrimen ne statuas. Quemadmodum enim Plinius Marciae originem ulterius persequitur, quam Frontinus (v. ad Art. 7 et 12), ita Claudiam quoque non ex Curtio Caeruleoque lacubus concipi narrat, sed primam originem duobus milliaribus altius repetit, lacusque illos in rivum, a XL lapide profectum, influentes facit. De Claudii Inscript. in qua Claudia aqua a milliario XLV repetitur, v. Sch. V. 9.

Caerulo) In forma *Caerulo* hic et Art. 13 (*qui ex fontibus Caerulo et Curtio perducebatur*) omnes libri conveniunt, praeter U, in quo nostro loco exhibetur *Caeruleo;* attamen Art. 72 (*Curtium et Caerulum fontes*) U V B et al. rec. habent *Caeruleum.* Adlerus reposuit *Caeruleus. Caeruleus* sane, non *Caerulus,* fons vocatur a Sueton. Claud. 20. item

Caeruleae aquae in Inscript. ap. Sch. V. 9. Cf. Kircher. Lat. Vet et Nov. p. 31. Attamen altera quoque, adiectivi saltem, forma poetis, Ovidio praecipue, usitatissima est. v. Forcellin. Quare etiam in nomine proprio, libris ita iubentibus, admittendam esse putavi.

Accipit et eum fontem, qui vocatur Albudinus — mutet) Sueton. Claud. 20: *Claudiae aquae gelidos et uberes fontes, quorum alteri Caeruleo, alteri Curtio et Albudino* (libri: *Albudigno*) *nomen est — in Urbem perduxit.* Inscript. ap. Murat. p. 444: *Ultra Tibur ex ductibus aquae Marciae aquae Caeruleae, Curtiae, Albudinae* etc. Tribus locis omnibus Albudini fontis mentionem suppositiciam esse affirmat Schultz. V. 10. Ego ita sentio. Quod Albudinus a tribus diversissimis auctoribus una cum Caeruleo et Curtio fontibus ter commemoratur, certissimo esse testimonio potest, exstitisse quoque huius nominis fontem, eumque aliqua Caerulei et Curtii coniunctione non alienum. Fontemne aliquem Albudinum de coelo in librariorum mentem descendisse? Tres distinguunt inter se diversas aquas, Caeruleam, Curtiam, Albudinam, Frontinus et Inscriptionis auctor: laetabili societate. Suetonius contra duos tantum fontes distinguit, quorum alteri duplex inditum nomen, Curtio et Albudino. Num haec discrepantia prohibet, quominus illis auctoribus fidem adiungamus et Albudinum fontem exstitisse credamus? Immo Albudinus ipsis veteribus hoc nomine fortasse minus cognitus fuit; unde fieri potuit, ut minus religiose de eo tradiderint. Quin immo Suetonius fortasse situm quoque huius fontis nos edocet, quum testari videatur, Curtium et Albudinum tam propinquos fuisse, ut huius propinquitatis causa etiam pro una aqua, in duas partes divisa, habiti sint; quorum altera denominatio, quia Curtius fons potior fuerit, clarior facta. Quodcunque demum est; Frontino plenam fidem habeamus necesse est, quem, de aquae ductibus scribere aggressum, rem ipsam circumspectasse veritatemque rei investigasse credibile est, idque eo magis, quod auctorem Inscriptionis, quisquis fuit, in discrimine saltem trium fontium habet consentientem. At neque alio loco, neque ipso Art. 72 Frontinus ullam Albudini facit mentionem, obiectat Schultz. Hoc vero ideo factum est, quia Frontinus Art. 72 de *copia* aquarum erat locuturus: copia autem is fons ceteris longe inferior atque ne memoratu quidem dignus fuisse videtur. *Sanitate* tantum aquae Albudinus memorabilis; quare nostro loco

hanc rem quum Frontinus attigisset, sufficere ei haec commemoratio videbatur, neque erat, quod amplius exiguae illius aquae inliceret mentionem.

ita demum) nur erst dann. Ulpian. Dig. l. I. de quaest. „Ad tormenta servorum *ita demum* veniri oportet, *cum* suspectus est reus.“ Ignorat haec Handii Tursellinus Vol. II. p. 255. HEINR.

non caperet) l. e. non reciperet, admitteret. [Brisson. v. *capere*, n. 4. Sic Gr. χωρεῖν. HEINR.

15.

in suo rivo) An *in suum rivum*? v. Art. 93 et 8 fin. Dele *in*. HEINR. *In suo rivo* legitur in J et rec. ediditque, spretis codicum vestigiis, Pol., quem posteriores secuti sunt. Quam lectionem, quum latinitas interpretationem „proprio rivo“ non ferat, non intelligo, ortam manifesto ex corruptela. Audiamus libros. C: *in subruino*. U: *in sub rivino*. V: *in subrivo*. F: *inde sub rivo*. Litterà *b* mutatà in *o*, lectio prodiit, modo ex edd. proposita. Sch. tacite reposuit: *in Subimbrivio*. Quae comparata videtur emendatio ex collatione loci Liviani (VIII. 30), quo *Imbrivium* legebat vir doctus, Drakenborchii posthabita auctoritate, qui ad librorum fidem edidit *Imbrinium*; et loci Tacitini Ann. XI. 13 (*Fontesque aquarum, ab Simbruinis collibus deductos, urbi intulit*), ubi libri vetusti *Subimbruinis* exhibent: quorum locorum alter huc non pertinet, propterea quod, Ortelio Thes. Geogr. et Cluverio Ital. Antiq. II. 10 affirmantibus, Livii *Imbrinium* longe est a Taciti mentione diversum, utpote in Samniis situm, cum *colles Simbruini* sint in Latio ad Anienem (cf. Cellar. Geogr. II. 9. p. 496); Taciti autem loco lectio *Simbruinis* recte se habere videtur, quum alter exstet eiusdem scriptoris locus Ann. XIV. 22 (*apud Simbruina stagna, cui Sublaqueum nomen est*), ubi descripta haec lectio tam omnium librorum fide, quam Celsi IV. 5 *Simbruinarum aquarum* mentione, fulcitur. Utcunque est, electa vulgata lectione sordida, bene Sch. de loco nostro meritus est. In re autem dubia et incerta, cum ipsi librorum in nominum propriorum difficultate auctoritati non nimis sit indulgendum, nulla via minus mihi lubrica videbatur, quam qua optimi codicis Cass. vestigia sequaris. Hinc factum est, ut edendum curarem *in Subruino*, cuius quidem vocabuli

exitui patrocinatur Tacitus; fateor tamen, magis mihi adridere codicis Urb. lectionem *in Subrivino*, derivato nomine a *rivus*, ut *Subrivinum* affine sit Tacitino *Sublaqueum*, quod a *lacus* venit. Denique si quod ad *in Subruino* nomen intelligendum est, non posse aliud nisi *lacu*, evincitur ex Art. 93. ubi Frontinus haec enarrat: *Omisso enim flumine, repeti ex lacu, qui est super villam Neronianam Sublacensem, ubi limpidissimus est, iussit.* Sed non necessaria haec ratio est: nam *Subruinum* lingua vernacula apte reddas „das Subruinum", ut Taciti *Sublaqueum*, „das Sublaqueum".

a faucibus) i. e. ubi ductus principium sumit.

interposita) i. q. opposita. Cf. Art. 89: *putea obiecta.* Sic Cic. Fam. I. 7. 5: *interpositam auctoritatem.* Cf. Forcellin. i. v.

piscina) v. Sch. III. 8.

liquaretur) Laudat locum Forcell. v. *liquo.*

Ductus Anionis etc.) De huius longitudine cf. Sch. IV. 5.

sublevati) Sch. in not. crit. legit *sublati*, illud in *operibus* Latine dici posse dubitans. Quum raro in operibus quidem dici videatur, attamen in aliis rebus propria vocabuli notione dicitur; atque vere ita dici, noster locus ostendit, quo nulla est lectionis varietas. *Sublevare est* ab imo levare (tollere) in sublime, elevare, pro quo Art. 18 et alibi Frontinus utitur verbis *erigere, attollere.* Cf. Plin. XXXVI. 15: *ad eam excelsitatem ut* (aquaeductus) *in omnes Urbis montis levarentur.* Verbum autem *sublatus*, quod a *sublevatus* nihil differt, in operibus vix puto esse altero frequentius.

CIX pedes) De quibus cf. Sch. IV. 2.

16.

videlicet) ironicum. Atqui pyramides revera otiosae. Ergo *videlicet comparet* cohaerent, cum nullo modo comparari possint. Est Graecorum δήπου. Cic. et omnes *si diis placet.* HEINR. Idem in fine sententiae ponit signum exclamationis, quod vocant.

otiosas) Plin. in Chrest. Gesn. p. 990. HEINR.

opera Graecorum) l. e. qualia sunt apud Graecos, wie die Griechen sie haben. HEINR.

17.

etiam per species operum complecti) i. e. ita complecti, ut eas non tam ex aliorum commentariis (actis) cognoscerem, quam ipse obirem et meismet oculis intuerer. *Complecti* ut *comprehendere* pro tenere, accurate cognoscere. Cic. Cat. III. §. 4. HEINR. *Per species operum complecti* Sch. reddit: „durch Umrisse der Baue darstellen zu lassen“: ut *species* idem sint quod infra *formae*, „Grundrisse“. Cf. Sch. VII. 9. Fert quidem latinitas, sed res rerumque coniunctio non ferunt. Rectius Pol. hunc esse sensum dicit: „longitudines non modo per mensuras passuum, sed *etiam per species operum*, indicando ubi essent rivi, substructiones, ubi arcus, *complecti*“. *Species* enim est *divisio generis*, ut ait Fronto (apud Forcellin. v. *specialitas*. Cf. Columell. I. 2. 11. et quae de hac notione vocabuli *species* afferuntur a Forcellin. v. *species*): et quae Frontinus supra *generaliter* exposuit, ea nunc *specialiter* complecti vult, longitudinum singulorum rivorum modum rationemque edocturus, quà infra ipse indicat dicens: *ubi valles quantaeque, ubi flumina traiicerentur, ubi montium lateribus specus applicitae* etc. Igitur *per species* est i. q. per singulas partes; qua prope ratione infra dicitur: *singula oculis subiicere*. Aptissime comparamus ipsum Frontinum Strateg. Praef.: *generibus suas species adtribui*. Cf. Praefat. ad lib. II. III. et IV.

formas) Nostrum locum respiciens Turnebus Advers. V. 5 scribit: „*Formae* sunt interdum rerum aliquarum imagines, et deformationes, ac picturae.“ Fabrettus N. 219 intelligit *ichnographiam*. Sch. (VII. 10) „Grundrisse“. Omnia recte. Cf. Pol. ad h. l. et ad Art. 75 not. 5. „*Formae* etiam geometrica schemata: Scaliger. ad Manil. p. 127“, annotat Heinr. De *forma* accuratius inquirenti etiam respicienda erunt, quae ex scriptoribus rei agrariae enotantur ap. Goes. in Ind. et Gloss. Agrim., praesertim locus Siculi Flacci de Condit. Agror. p. 16.

facere curavimus) *faciendas*. Ego. Art. 5: *muniendam curavit*. At Sueton. Domit. c. 20: *reparare curasset*. Cui Forcellinus addit alterum exemplum ex Palladio. HEINR. Cf. ad Dict. Cret. III. 12 Gloss. p. [illegible] fin. Schultz legit *figere curav*. (Grundrisse an den Leitungen [illegible] verisimilis, sicut quae sequitur *appareret*

non necessaria. Frontinus formas sibi faciendas curavit, ut omnia statim veluti in conspectu haberet (— verba sunt Frontini —), et si quae cura erat ductuum parti iniungenda, ex omnibus, quas ante oculos habebat, imaginibus de singulis rebus intra domus suae parietes deliberare aeque bene posset, tanquam adstaret ipsumque rivum suismet oculis praesens perscrutaretur.

specus) Forcellinus: „De canali tecto in aquaed. per quem defluit aqua, *condotto*. Frontin. Aquaed. 17. 91. 124 et al. Vitruv. VIII. 7.“ Cf. Gesner. Thes. Senec. N. Quaest. p. 741: *defossi in altum specus*. Tacit. Ann. XII. 57: *altius effossi specus*. Varro R. R. III. 17, 9: *specus e piscinis in mare ducere* (per montes sinus Baiani). Vitruv. VIII. 6 (Schneid.) 3: *Sin autem medii montes erunt — specus fodiantur sub terra —; et si tophus aut saxum, in suo sibi canalis excidatur; sin autem terrenum aut arenosum erit solum, parietes cum camera in specu struantur, et ita perducatur, puteique ita sint facti, ut inter duos sint actus*. Pluris est locus Palladii IX. 11: *Si quis mons interiectus occurrerit, aut per latera eius aquam ducemus obliquam, aut ad aquae caput speluncas librabimus, per quarum structuram perveniat* (sc. aqua). Falso Schneid. ad Vitruv. p. 141. *Specum* Ulpianus in Digest. scribit esse *meatum subterraneum, per quem aqua ducitur*. Brisson. in v. Fronto Epistol. ad M. Caes. I. 5. p. Berol. 29: *Baiarum calidos specus se malle ait quam fornaculas balnearum igni accenso calefactas*. Igitur non solum *calidos fontes*, sed *specus!* Hi erunt, Ulpiano auctore, meatus subterranei, per quos ex calidis fontibus aqua ducitur. Quomodo autem hi differunt a *rivis?* Festus notionem plane et perspicue reddit: *ii rivi dicuntur, qui manu facti sunt sive super terram fossâ, sive subter terram specu*; et modo dixerat: *rivus non specu incilioque factus*. (In v. Incilia: *fossae quae in viis fiunt ad deducendam aquam*. Cato R. R. *fossae inciles*. Brisson. in v. *Incilare* Nonius ex Accio, Pacuv., Lucil. l. XXX. *Supercilium a cello*, κέλλω.) *Rivi* igitur canales sunt, e specu derivati. Quodsi specus montium *lateribus* sunt appliciti, assiduam *muniendi* curam exigunt. Verbum *munire* mentem nostram convertit ad *vias:* sunt autem etiam multa alia, quae *muniri* possunt, procul dubio etiam *rivi manu facti;* esset inde *vi* mutilatum ex *rivi*, et singularis numerus haberet vim collectivam. Atque tutela *rivorum* hoc ipso

loco agitur; quare de *vils* cogitari nequit. Unde autem illa *maior et assidua cura?* Caesar B. C. III. 49: *erant loca montuosa et ad specus angustiae vallium; has sublicis in terram demissis praesepserat terramque adgesserat, ut aquam continerent.* Interpretes nihil intelligunt. Montes; eorum lateribus appliciti specus; ex his rivi per angustas valles, quos Caesar terra adgesta contineri (abdämmen) iussit. Vetus aquae ductus apud Treviros eodem modo ad montium latera dirigitur. Quednow Praefat. p. 3 et in ipso libro p. 73. — Apud Hirt. B. Alex. 5 et 6 *specus* sunt subterranei fornices. Plutarchus Caes. c. 49 eos vocat διώρυχας. Apud Liv. X. 10 *specus* est subterraneus meatus, et infra *cuniculus* appellatur. — *Specus montium lateribus appliciti* quodammodo explicantur e verbis Virgilii Georg. IV. 418: *Est specus latere in montis.* Cf. Senec. N. Qu. VI. 22: *petra e latere montis abrupta. Specus ductuum* fuisse tantum excavationes laterum videntur; atque rivis reparandis faciendisque poterant esse crates, quoddam sepimentum: id quod nos ducit ad *sepiendi — rivi.* Potest enim rivus etiam transfluxisse per specum, et a via fuisse ripa artificiosa, *praesepimentum terra aggesta,* ut apud Caes. B. Alex. 6 *intersepti specus,* i. e. qui terra aggesta cratibusque reparantur. — Columell. X. 27: *sepibus hirtis humum claudere,* i. e. firmare, condensare. Vitruv. VIII. 6, 13: *sepiatur structura.* Quare lego: *ubi montium lateribus specus appliciti maiorem assiduamque* sepiendi *ac muniendi* rivi *exigant curam.* i. e. rivus, qui per specum transit. Codices habent *petendi:* scil. prima verbi syllaba legi non poterat, et ex *piendi,* quod restabat, factum erat *petendi.* — Jam alter quoque locus congruit Art. 121: *vi tempestatum partes ductuum laborant, quae — montium lateribus applicitae sunt.* Hae enim non sunt infra terram; parum tutae sunt ab altero latere, et tempestatibus admodum expositae. Impendentes partes montis suffossi tempestatum vi possunt resolvi, suaque ruina vel specui ipsi vel rivo et sepimentis damna afferre. Eamque ipsam ob causam etiam *maior* et *assidua* cura exigebatur, maior quam in subterraneis; assidua (beständige), propter vim tempestatum raro aut nunquam cessantem. — Nescio quid harum rerum periti de hac mea ratione iudicent; possum autem iis tantum concedere iudicium, qui, subtili latinae linguae cognitione instructi, simul iudicium his nostris litteris subactum atque eam sollertiam, quae rationibus pon-

derandis sufficiat, afferunt. Id certe vel modice intelligenti apparet, Italum, qui centum amplius annis consensu fere omnium non modo primus, sed solus in hoc genere auctor habitus est, hic prorsus nihil intellexisse, novamque difficilis loci discussionem fuisse necessariam. — *Appliciti* explicat Quintilian. II. 4, 30: *non tam insertum, quam applicitum* (de loco communi). proprie de *emblematis* (ib. § 28.) modulorum, qui debebant esse inserti, immissi, non adiecti tantum parte externa. *Inserta* (sc. gemma) Scaliger ad Manil. p. 411. Pariter Plinius Epist. II. 17, 23: *applicitum est cubiculo hypocauston.* HEINR. (cuius germanica maximam partem verba latinitate donavi). Cf. Pol. ad h. l. et ad Art. 3 not. 7. II. Sch. III. 9.

specus applicitae) Sic Art. 121: *partes ductuum — montium lateribus applicitae sunt.* Pompon. Dig. VIII. 2, 18: *Fistulae — aedibus meis applicitae.*

maiorem assiduamque — curam) C U: *maiorem assiduamque petendi ac muniendi ui (?) exigant curam.* V: *applicitae . . . . . m exigant curam.* F: *appliciti. Quantamque ii exigant curam.* mediis omissis. J et rec: *appliciti, quantoque maiorem assiduamque perterendi ac muniendi ii exigant curam.* Corrad. legi iubet: *Specus appliciti maiorem assiduamque curam petendi ac muniendi vi exigant.* et hanc adsuit interpretationem: „Praepositi debebant petere saepe ac saepius ea loca, eaque diligenter perscrutari et munire vi, puta *signino circumiecto, continendarum scaturiginum causa.*“ Quae quam sint sinistra, quis non videt? Pol. retinuit ed. Joc. sive lectionem sive emendationem, ut ait, (omisso tamen *quantoque*), propterea quod melius quidquam quaerenti se non obtulerit; et *perterere* explicat „comminuere terendo: terendus enim erat in rivis limus, qui ex turbidis aquis separatus obduratusque et crustas efformans, aliquod aquarum motui afferebat impedimentum.“ Quam interpretationem non fert usus loquendi; qui magis ferat *pertergendi*, licet hoc quoque non sit commendandum. Sch. legit: *petendi ac muniendi rivas exigant curam.* „wo die an Berggehängen angebrachten Hohlgerinne grössere und emsige Untersuchung erfordern, um Bahnen zu gewinnen und anzulegen.“ *Viae* docet significare „Wasserbahnen“, non solum apud Frontinum, sed etiam in Digest. lib. XLIII. tit. 22. § 9. Anxie quaesita et difficulter eruta omnia! Maximi omnium

facio Heinrichii emendationem, quae ad sententiam profecto est egregia. Ego vero, priusquam Heinrichii annott. nactus essem, non dubitabam, quin legendum esset: *detergendi ac muniendi exigant curam.* Liv. XXXIX. 44: *detergere cloacas.* Sueton. Aug. 18: *detergere fossas oblimatas.* Ad quam emendationem me duxit praecipue caput rerum, quae Art. 120 sqq. de ductuum tutela exponuntur, e quibus e. g. huc trahenda putabam Art. 122: *aut limo concrescente, qui interdum in crustam indurescit, iter aquae coartatur, aut tectoria corrumpuntur* etc. De purgando cf. Ulpian. Dig. XLIII. 21, 1. Sed postquam fortuna varias lectiones codicis Paris. manibus meis commisit, non possum quin huius codicis (in reliquis cum J consentientis) lectionem *protegendi muniendique exigant curam* omnibus et lectionibus et emendandi conatibus multo praeponam. Ratio ex iis, quae iam disputata sunt, satis patet. *Protegendi* i. e. *tuendi;* de qua *tutela* adi Art. 120 sqq.

18.

libra) *Libra* interdum altitudinem et fastigium significat, propter perlibrationem aquarum. Frontinus: *Omnes aquae diversa in Urbem libra perveniunt*, id est diversa altitudine. TURNEB. Advers. V. 5. Cf. Pol. ad h. l. et Forcellin. in v.

nam nunc coll. etc.) Sensus totius loci. Omnes aquae diversa altitudine in Urbem perveniunt. Ea de causa quaedam fluunt altioribus locis, quam aliae: item quaedam non possunt erigi in loca eminentiora, i. e. in loca, quae pristinam altitudinem excedunt; ut aliis verbis dicam: quaedam non possunt erigi in dorsum collium, quod nunc est, quum colles, qui nunc sunt, ruderibus super pristinam altitudinem excreverunt. Cf. quae de huius Art. summa diiudicavit Bunsen Beschreib. der St. Rom Bd. I p. 196.

rudere) Mercer. ad Non. p. 18, 17. HEINR. De re Bunsen l. c. p. 33, ubi Frontini verba afferuntur.

pressura) Forcellin. in v. Sch. IV. 5. Pol.

humiliore directura) Sch. corrigit *directione*, vocabulum *directura* hic et ap. Vitruv. VII. 3 omnino damnans. Nos retinemus, scriptore altero alteri auctoritate sua patrocinante. Adde quod in re agraria *rectura* centies usurpatur, tam ab ipso Frontino de Colon. ap. Goes. p. 113,

113. 114. 115. 117; quam ab aliis, de quibus v. Goes. Ind. et Rigaltii Gloss. Agrim. Denique alia eiusdem exitus vocabula in scriptoribus rei agrariae, etiam Frontino, sunt haec: *interiectura, pedatura, praecisura, caesura, factura, iustructura, normatura.* de quibus v. Ind. et Gloss. Agrim. — *Humiliore* Bunsen l. c. explicat „infra terram".

ad subtile) nach der Genauigkeit, πρὸς ἀκρίβειαν. HEINR. Cf. locum Censorini ap. Forcell.

omisso circuitu subterraneo vallium) Explica: omissis subterraneis itineribus seu ductibus, valles circumeuntibus. Igitur veteres, ut valles profunditatesque vitarent, aquas ducebant subterraneis viis per editos vallium margines.

arcuationibusque traiiciuntur) Sch. legit: *arcuationibusque aquae traiiciuntur.* in not. cr. omissa *substructionibus* voce: *arcuationibus aquae trai.*, dici non posse *ductus traiiciuntur* affirmans. Sed hoc etiam non dicit Frontinus; immo ex antecedentibus intelligi vult subiectum *aquae*, ut iam vidit Pol. Syntaxis enim non est: sicubi ductus dilapsus est, ductus traiiciuntur; sed haec: Quibusdam locis arcuationibus (aquae) traiiciuntur, sicubi ductus (earum) vetustate dilapsus est. *Traiiciuntur*, intell. per (super) valles profunditatesque.

vel erismis) *Erismae* (Strebewerk auf Pfeilern ruhend) legimus non solum ap. Vitruv. VI. 8. 6 (Schneid.), sed etiam in Inscript. ap. Murat. CDLXIX. 7: *Ex dimidia viae latitudine adiecerunt substructiones et erismas faciendas locaverunt.* SCH. Cf. Forcellin. v. *anterides.*

iacentibus) Explicat Pol: „maxime humilibus, et in quae etiam humillima aqua duci poterat." Tacit. Hist. I. 86: *Subita inundatione Tiberis non modo iacentia et plana Urbis loca, sed secura huiusmodi casuum implevit.*

19.

Ex his sex) Quae fuerint sex illae aquae, nisi aliunde constaret evidenter, colligi posset ex Art. 22: *nec Virgo, nec Appia, nec Alsietina conceptacula, id est piscinas, habent.* Ergo piscinas habebant reliquae sex, Anio Vetus, Marcia, Tepula, Julia, Claudia, Anio Novus. POL. *Via Latina*, i. e. in confinio viae Latinae, amotante Poleno.

contectis piscinis) Sueton. Ner. 31: *piscinam — contectam.* HEINR.

respirante rivorum cursu) Proprie dicendum fuit: rivis a cursu respirantibus. v. ad Art. 36.

modus — initur) i. e. constituitur. Eadem formula Art. 66. 67.

Quae ad libram etc.) Aquarum Juliae, Tepulae et Marciae rivi super arcus fuere perducti ad dexteram viae Labicanae; praeterea iidem arcus transiverunt per arcum recentis portae S. Laurentii. Ille enim arcus, super quem aquas traiecisse Collatinam viam credibile est, tres rivos seu specus supra se habebat, quos fuisse aquarum Juliae, Tepulae ac Marciae, colligitur ex rivorum positionibus ac magnitudinibus. Paullo ultra arcum illum flexi fuerunt ductus versus portam Viminalem, atque ibi finiebatur acclivitas collis Viminalis indeque collis in planiciem veluti sternebatur, per ductus subterraneos sub ea planicie latentes tres aquae fuere perductae: quae quoniam secundum planiciem ipsius collis Viminalis perducebantur, idcirco ductae *ad libram collis Viminalis* dici potuere. Emergentes autem rivi prope portam Viminalem, quae erat in medio Aggeris Tarquinii in V Regione, dederunt partem aquae eius V Regioni, ut legimus Art. 81. 82. 83. ubi de aquarum per urbis regiones partitionibus agitur. POL.

castellis — diffunditur) *Castellis diffundere* idem est quod Art. 83 et alibi *in castella dividere;* poniturque dativus loco accusativi cum praepositione. Cf. Art. 23: *quibusque regionibus deducatur*, i. e. in quas regiones. *Excepta* i. e. educta, derivata ex Julia: qua eadem verbi notione Art. 15: *excipitur ex flumine.* Art. 73: *vis aquae ex celeri flumine excepta.*

partem sui — deiicit) Art. 20: *partem sui in arcus, qui vocantur Neroniani, transfert.* Art. 21: *partem dat in specum, qui vocatur Octavianus.*

20.

Hi directi) sc. arcus. Art. 124 *directi specus.* Frontin. de Colon. ap. Goes. p. 113 *limites directi.*

Palatium Aventinumque) Eadem forma Liv. I. 6 fin.: *Palatium Romulus, Remus Aventinum — capiunt.*

21.

Lavicanam) per *v* litteram Mss. Frontini. Alii per *b*. Drakenb. ad Liv. II. 39. Garaton. ad Cic. Planc. c. 9. Graeci eadem inconstantia modo per *ουῖ* scribunt, modo per *β*. Nec sanae mentis est in tam tilla re aut legem certam aut constantiam spectare. HEINR.

22.

Lucilianis) Ita codd. Cf. ad Art. 5. Concipiebatur Virgo in agro Lucullano, sed in arcus recipiebatur sub hortis Lucilianis. „Nardinus IV. 7 partem collis Hortulorum Regioni IX attribuit, ut hortorum nominatorum hoc loco, quos ille non pro *Lucilianis*, sed pro *Lucullianis* assumit, positio consentiret cum Rufi atque Victoris descriptione, qui ponunt in Regione IX *hortos Lucullanos*. Quid tamen vetat, quin credamus, Frontinum nominavisse hortos ad aliquem Lucilium pertinentes, atque ideo *Lucilianos* nuncupatos?“ Scribit haec Pol. Et erant revera horti, nomine *Luciliani*, ut retulimus ad Art. 5.

frontem Septorum) Septa Julia Agrippae. Dio Cass. III. 23. Cic. ad Att. IV. 16. p. 647 Ern. cf. Schultz. Grundleg. p. 279. Plin. H. N. 16. p. 133. Ab Hadriano instaurata, Spartian. Hadr. 19. HEINR. Sch. I. 17.

actus) Notanda est locutio *aqua agitur*, qua notione nos dicimus „das Wasser treibt“, significatione neutra pro „wird fortgetrieben“.

23.

rationis) Gesner. in v. nr. 2. HEINR.

nomina quinariarum etc.) Verba *quinariarum centenariarumque et ceterorum* non sunt Frontini. Nomina enim modulorum tum demum vult proferre, quum eorum originem naturamque exposuit. SCH. Non intellexit vir doctus loquendi consuetudinem. Etenim ipso nomine fistulae nominabantur quinariae, centenariae etc. et genitivi *quinariarum centenariarumque* ponuntur loco accusativi, more loquendi, de quo ad Art. 5 diximus. Itaque intellige: Priusquam nomina quinarias, centenarias ceteraque fistularum nomina proferam: seu clarius etiam: Priusquam fistu-

las nominibus suis, quae nomina sunt quinariae, centenariae et reliquae, enumerem.

vires) Virium nomine Frontinus hoc loco intelligit capacitatem modulorum. POL. Notanda significatio.

24.

plerisque) I. e. reliquis. Schaefer. ad Bos. p. 27 et Ind. Juvenali maxime frequens. HEINR.

uncia in . . . . . observatur) C U: *uncia in Papula cita huc observatur.* Ed. princ. et J: *uncia in Pupula ita haec observantur.* Quaesivi in geographorum scriptis locum *Papula* seu *Pupula* seu *Pupulatita* (quem non obscurum fuisse opinor, cum adhibitarum in eo loco mensurarum tam distinctam rationem Frontinus habuerit), sed quaesivi frustra. At unus Abrah. Ortelius in Thes. Geogr. haec verba facit: „*Pupula.* Frontinus 2. Aquaed. haec: *Digiti in Campania et in plerisque Italiae locis, uncia in Pupula. Pupulum*, πούπουλον, urbs in Sardinia. Ptolemaeus.“ Et cogitaveram de reponenda voce *Pupulo* ibi, ubi lacunam reliqui; coniectans fieri potuisse, vel ut Frontinus Sardiniam rexerit urbemque illam adamaverit, vel ut ab illa urbe oriundus esset. Cogitaveram etiam de reponenda voce *Apulia*, quam in Variis Lectionibus habet Scaliger. POL. C. Leutschius rem acu tetigit, emendando: *in populi scitis adhuc.* SCH. Lego: *uncia in parte Latii adhuc observatur. pa* siglum est pro *parte;* unde illud lucem accipit, quod de *pa* et *po* ex carm. Saliari refert Festus p. 149: in quo siglo cum vocalis non satis appareret ac videretur, *u* quoque legi posse librarius dubitans addidit *pu.* Quod sequitur *la ci* est *Latii.* Denique *a* et *huc* coniuncta aperte sunt *adhuc.* HEINR. De loco Italiae hic cogitari omnino nequit; fabricati sunt sua incude locum librarii ex opposita *Campania.* Neque etiam ntelligo, cur Leutschius rem acu tetigerit; cuius emendationis, litteris tantum ad librorum vestigia accedentis, ratio saltem erat exponenda. Corrad. legi iubet; *in populi Rom. civitate.* Priusquam meam coniecturam proponam, audiamus libros. C U: *unciae in papula* (C: *pApula*) *cita huc observatur.* V et edd: *uncia in pupula tita* (O: *pupulatita.* B et al. rec: *pupula*: *ita haec observantur.* Hinc sic emendavi: *unciae in popularibus rationibus adhuc observantur.* Quae emendatio, si exitus

vocabulorum, quos fere librarii corripiebant, excipis, quum a librorum vestigiis haud ita multum abhorreat, tum vero res, de qua hic quaeritur, acu utique tangitur. Digitus nempe Graeca est mensura, ab Italis recepta; sed uncia mensura est vere Italica et Romana, qua populus in rationibus suis negotiisque ab antiquissimis inde temporibus usque ad Frontini aetatem et posterioribus quoque saeculis utebatur. Qua de re vid. ipse Sch. IV. 11. Ecce aptissima rerum oppositio. Etiam latinitas sana. Nam *populares rationes* (Berechnungen des Volkes) aeque bene dicitur, atque *popularia sacra* (i. e. quae omnes cives faciunt) apud Festum; *populares leges* (i. e. ad populum pertinentes) ap. Cic. de Leg. II. 4; *populare carmen* (i. e. peculiare et solemne toti populo) ap. Senec. Oed. 402. Si latinitas tulisset, Mss. vestigiis egregie assentientibus, in eandem sententiam refinxissem: *in popularitate.* Sed absit novae latinitatis fabrica! — *Observari* Pol. interpretatur „in usu esse", Sch. „in Geltung seyn"; ut infra sequens *observatio* Pol. „acceptio ad usum", Sch. „die Geltung". Cf. Sueton. Vespas. 6: *qui principatus dies in posterum observatus est,* i. e. er wurde beachtet, man richtete sich nach ihm, er kam in Gebrauch. Cf. Art. 94: *quaedam apud veteres aliter observata inveni.*

Est autem) Sch. legit: *Et est dig.* „und zwar ist". Non recordabatur vir doctus, *autem* persaepe apud optimos scriptores esse particulam transeundi et in ipsam rem introducendi.

uncia) nos „Zoll". Laudant locum inter alios Forcellin. in v., Bunsen Beschreib. der St. Rom Bd. I. p. 43 sq.

25.

venit appellatus) Art. 19: *nomine venit.* Poetarum, inprimis Propertii. Sciopp. Verisimil. p. 121. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 67 et p. 86. Schneider ad Vitruv. l. 8. p. 145. HEINR. Ego aliter iudico. Constructio: Modulus in usum Urbis venit vel ab Agrippa vel a plumbariis inductus, et appellatus est quinario nomine.

qui autem) *autem* distinctioni inservit. Intelligas: appellatus quidem est quinario nomine, sed alii aliis ex causis hoc factum esse dicunt.

plumbea lamina etc.) Polenus advertit ad Vitruv. VIII. 7 et Plin. XXXI. 6.

circumacta in rotundum) Art. 26: *in rotundum redactus.* Art. 29: *in rotundum coacti.* De quibus consulatur Sch. III. 15 § 1. Admodum haec notanda sunt et lexicographis in posterum commendanda.

per singulos) sc. modulos, i. e. quae per singulos transit.

ratio — durat) Art. 74: *copiam — durantem*, i. e. sibi constantem. Notanda significatio.

26.

Omnis autem modulos) Utitur his locis Budaeus Annott. in Pandect. p. 115. G.

colligitur) Hoc verbo in quibuslibet rationibus utuntur Romani notione computandi, si aliquo modo summa conficienda est. In re agraria frequens formula est *modum colligere*, quam legis ap. Frontin. de Colon. ap. Goes. p. 110. 127. 130. 146; item *mensuram colligere*, quam habes ibid. p. 132. 144.

et capacitas) Significat *capacitas* eam magnitudinem, quam moduli orificium seu lumen habet, quatenus ex ea, quantam capiat aquam, cognoscitur. Hinc usus formulae: *capit modulus.* POL.

substantia) Tacit. Dial. c. 8. Quintil. VI. Pr. 7. et sp. „Grundlage". HEINR. *Substantia quinariae* i. e. quinaria tanquam communi quadam mensura, qua metiamur reliquos modulos. POL. Sch. IV. 13 vertit „Werth"; possis etiam „Wesen, propria vis et natura".

27.

lumine) *Lumen* verbum artis, *capacitas* vulgo vocata, eine Art Mundstück auf der Oeffnung der Röhre, ein grosser Trichter. Der Trichter ist *calix*, uud *lumen* die Weite des Trichters. HEINR. v. Sch. IV. 12.

cum plures quinariae etc.) *cum plures quin. impetratae, ne in viis saepius convulneretur, unâ fistulâ excipiuntur in cast.* Ad *convulneretur* intell. fistula, ex seq. et cf. infra ad Art. 97 (*si cum eo, qui adversus legem* (sc. fecerat), *fecissent.* HEINR. Pol. edidit: *cum pl. quin. imp., ne in viis saepius convulneretur una fistula, excip.* in quibus verba *ne in viis saepius* sunt ex J et rec. Coniecit tamen: *ne nimis saepe.* Sch. legit: *ne nimis septa convulnerentur, una fistula excip.*

cf. III. 20. In not. crit. autem: *ne in viis specus convulnerentur, una f. excip.* Audiamus libros. Nihili sunt, quae in V F leguntur: *ne in quaternis septenariis cum vulneretur.* orta ex aliorum librorum vestigiis *in viis,* quae pro numeris *IV VII* accepta sunt. In U disertis verbis legitur: *ne in viis septus cum vulneretur.* Sed in C video: *neminis* (non *ne, ni nis,* ut refert Pol.) *septus convulneretur.* ita tamen, ut supra utramque *i* litteram puncta desint, totque ductus videantur, quot sunt in vocabulis *ne in viis.* In his ipsa rei natura procul dubio genuina sunt verba haec: *cum plures quinariae una fistula excipiuntur in castellum.* cetera admodum mutilata. Primum enim non intelliguntur *quinariae impetratae.* Ubique Frontinus (Art. 103. 109 etc.) de *aqua impetrata* loquitur; et Art. 107. 108 de *iure impetratae aquae.* Tum ad *convulneretur* deest subiectum, quum *una fistula,* re ita exigente, cum *excipiuntur* sit coniungendum. Ne multa; reparandum esse locum censeo, ut edidimus. Vocabulum *iure* periit praecedenti exitu *ariae;* qua in re respice quaeso, quod Art. 72 exitus *uriae* in duobus codd. corrumpitur in *iure: fistulae* ob seq. alterum vocabulum a librariis neglectum: ut nihil in emendatione sit audaciae, si unum *aquae* excipis, quod ut restituatur res ipsa efflagitat. *Convulnerari* fistulae (hic et Art. 115) dicuntur, quae perforantur, ut aqua ex iis in usum hominum deducatur; in eundem sensum etiam *lacerari* dicebantur, ut simili loco Art. 106: *ne aut rivi aut fistulae publicae frequenter lacerentur.* Mendosum esse locum sensit, qui auctor est correctionum: *impetratae fuerint; ut excipiantur*; quas in J et rec. deprehendimus.

suum modum) i. e. suam quantitatem. HEINR. Cf. Art. 3. 7 etc.

28.

ut, puta) Sic recte. Primum Seneca. Forcell. in *puta.* Brisson. *ut puta.* Senec. Ep. 47. p. 134. HEINR.

in solidum) Formula ap. ictos obvia.

supra) Art. 25.

29.

vicenûm quinûm) Notandum est, *vicenum quinum* (cf. Art. 47) et *centenum vicenum* (cf. Art. 31. 32 etc.); Art. 45 *quinum denum;* Art. 49

tricenum quinum; Art. 51 *quadragenum quinum,* etc. ubique in codd. separatis vocabulis exarari, et esse genitivum plur. numeri contractum, pendentem ubique a „fistula“ seu „modulus“, ad quem subintelligendum „digitorum quadratorum“. Cf. Plin. VII. 49, 50: *Annorum centenum vicenum quinum homines duo.*

31.

omni genere) i. e. omni modo. Cf. ad Dict. Cret. II. 9.

constat sibi) Ut hic *ratio constat sibi,* ita Art. 34: *universitati ratio constabit.*

commentariis) *a commentariis aquarum,* inscript. Murator. 900. Registrator. Gr. ἀπογραφή. Wolf. Ind. Leptineae in v. H. Steph. in Thes. J. q. *tabulae,* Register. *Regesta, registra, inventaria.* G. J. Voss. Vit. Serm. p. 73 sq. et p. 572. Quintil. III. 6, 59 et ibi Sp. Cf. mea infra ad Art. 64. HEINR.

piissimi) Imperatorum Rom. passim laudatur pietas, i. e. clementia. Cf. Art. 88.

32.

Et duod.) *Et* transeuntis est; ut Art. 34: *Et quemadnodum* etc.

exiguiorem) Hoc insolentis comparativi exemplum addi potest aliis, a Petro Victorio ex iurisconsultis collectis. POL. Duker. Lat. JCtorum p. 388. HEINR. Cf. Forcell. in v.

accipiunt) scil. aquarii. Cf. Art. 33 init.

34.

universitati ratio const.) Quibus verbis Frontinus apertissime declarat, nullius moduli magnitudinem mutandam esse: nam si unius moduli magnitudo mutetur, facile cuncta modulorum series perturbatur: at si nullus mutetur modulus, universa series, sive (quod item est) *universitatis ratio* constat, omnesque perpetuo inter se debita ratione respondent. POL. ad Art. 31 not. 2.

respondent) Intellige „ratio sextarii et ratio modii“.

consequentiae suae regulam) Interpretatus sum, *consequentiam* hic significare ordinem, quo se consequuntur moduli; qui ordo cum certus

sit determinatusque, etiam pro natura modulorum sumi potest. Neque latinior neque facilior explicatu vox *sequentiae* visa est. POL. Multiplicatio ita debet fieri, ut ordo et natura modulorum, qui augebantur adiectione vel multiplicatione quinariarum, servetur. ADLER. Illud *regulam sequentiae suae servare*, quod rectius iudico, pariter atque illud Art. 23: *propositaque regula, ad quam ratio eorum et initium computatur*, pertinet ad computandi rationem Romanorum cum abaco. SCH.

36.

ad latus — conv.) i. e. orificio in latus sive dextrum sive sinistrum inclinato, ut neque adversum rivum hauriat neque secundo rivo vergat, et aqua vel praeterfluat vel ex parte tantum hauriatur.

supinus) proclinatus et procumbens secundum naturam rivi.

id est — pronior) pronior, quam ut haurire possit, i. e. minus idoneus, qui hauriat.

segniter) cupidine minore, praeterea quod aqua ob calicis directionem potius praeterfluere et superfluere conatur, ideoque exigua tantum eius pars hauritur; quum contra calix rivo oppositus cupide rapideque bibat.

induitur) imponitur, inditur. HEINR.

lumen) Cf. Art. 105. Laudat Forcellin. in v.

quoniam, rigore aeris difficiliore ad flexum, non timeri potest laxari vel coarctari formulas modulorum.) Ita in omnibus codicibus, nisi quod legitur *rigor aeris difficilior*. J vero: *quoniam rigor aeris difficilior ad flexum non temere potest laxari vel coarctari. Formula modulorum* etc. Hac tamen Jocundi lectione collata cum codicum lectione, mutatio illa verbi *timeri* in adverbium *temere*, quod significaret „fortuito aut inconsulte“, haud satisfecit mihi: namque modulorum calices laxari vel coarctari poterant etiam fraudulenter. Praeterea vocis *Formula* translatio a numero plurium (*formulas* enim est in codd.) ad singularem, atque distractio a verbis *laxari et coarctari*, immo a tota sententia superiore, non placuit. At si haec minus placebant, non tamen lectio illa, ut erat, codicum admitti poterat. Quamobrem verborum *rigor aeris difficilior* desinentiam supplevi fecique *rigore aeris difficiliore*, ut ablativus caussae haberetur. POL. Lege: *Excogitatus videtur* [calix] (*quoniam*

rigor aeris difficilior ad flexum non timeri potest, laxari, vel coarctari) ad formulas modulorum, qui etc. Sensus et verba praeclara. Calix enim excogitatus videtur ad formulas, subaudi *ineundas*, vel subeundas modulorum etc. seu secundum formulas modulorum, ut τὸ *ad* vel si omittas, sic se optime res habeat. Nam subintelligitur κατά. *Timeri* autem rectum est. En sensus: Rigor aeris non timetur laxari vel coarctari posse. CORRAD. Lego: *Aes excogitatum videtur, quoniam rigore aeris difficiliore ad flexum non timeri potest laxari vel coarctari formas modulorum. Non timeri potest*, impersonaliter, ut *timetur*: v. Forcell. Insolita autem et cadentis linguae iunctura est cum infinitivis *laxari, coarctari.* cf. Forcell. v. *tim.* De *formis* Art. 25 et 75. Forcell. in v. item Brisson. Savaro ad Sidon. Epist. p. 36. HEINR. Libri scripti et editi quos novi omnes: *rigor aeris difficilior*, nisi quod pro *aeris* V F *eius* (sic amplius corrigere debebat Heinr.). Tum tres codd: *timeri.* Quod corruptum esse iudico ex *temere*, quod legitur in libris editis, et recte restituit Sch. Saepe autem *temere* est i. q. facile, praesertim addita negatione. v. Bremi ad Nep. Attic. 20, 2. et Forcellin. in v. Denique U V: *coarctari formulas modulorum qui sunt omn.* Sed C: *coartari. Formulas mod.* et edd: *coarctari. Formula mod.* rectissimeque iam Sch. verba *Formulas modulorum* ad sequentem Art. reiecit, ubi ad novam rem transitur. Quid multa? Manifestum est, legendum et interpungendum esse, ut nos edidimus. *Laxare* est extendere, ut *laxare ferrum* Stat. Achill. I. 129. Cui opponitur *coartare* i. e. coangustare. *Rigor aeris* nota loquendi consuetudine dicitur pro: aes (i. e. aeneus modulus) ob duritiem, qua minus est flexibile, non facile potest neque laxari neque coartari. Eadem ratione Art. 93: *felix proprietas aquae — aequatura — superatura — veniet in locum deformis* (aquae). Art. 35: *onerandam esse erogationem.* Art. 12: *siccitates egerent auxilio.* Art. 19: *respirante rivorum cursu.*

37.

Formulas modulorum) Vocem *formula* significare hoc loco idem ac *forma* opinor; quae vox *forma* pro *fistula* aliquando accipiebatur, ut dictum est ad Art. 17 dicturque ad verba *formas rivorum* Art. 75. Et cum *modulus* aliquando pro ipsa *mensura* usurparetur (ut notavimus ad

Art. 3), videtur ex his colligendum, *formulas modulorum* hoc loco significare *fistulas mensurarum*, aut si mavis *calices ipsos*. POL. Quae interpretatio a lexicographis recepta est: certe in Forcellini Lex. v. *formula*, citatis Frontini verbis (ex Poleni lectione), *formulae* dicuntur esse fistulae, tubi, etiam *formae* vocatae. Ego aliter sentio. Nimirum *moduli*, ut plerisque Frontini locis, sic hoc quoque, sunt *fistulae*, quod nomen in sequentibus, praesertim in seq. descriptione in illius locum successit. *Formula* autem nomen nonnunquam a Romanis tribuitur cuilibet rei, quae in aliquam formam redacta est; et nihil differt a *forma*, cuius est diminutivum. Sunt igitur *formulae modulorum* formae et imagines modulorum, seu ipsi moduli formati: pariter atque apud Pallad. VI. 9 *formulae caseorum* sunt formae et imagines caseorum, seu ipsi casei formati. Voce *formula* noster supersedere poterat et scribere tantum: *Modulos, qui sunt:* nam in sequentibus nusquam de *formulis* sermo amplius est, sed *moduli* tantum spectantur, ad modulosque semper recurritur, v. g. *qui sunt; emendatis quos; qui non sunt in usu moduli.*

omnes — subiecti) *Omnes*, im Ganzen. Art. 64: *in universo*. *Subiecti*, adiecti, impositi, induti, quo verbo modo utebatur. HEINR.

subieci) infra posui, percensui, nempe Art. 39 — 64. Idem verbum Art. 23. 105. 107. 110.

directam ad rationem) Id est rectam ad rationem, nimirum in Principis commentariis constitutam. Haec autem verba necessario referenda sunt ad sequentia *emendatis quattuor;* ut sententia sit haec: quattuor modulis, quos aquarii novaverant, emendatis ad rectam rationem, de qua ante locuti sumus. Scilicet moduli a quinaria ad centenum vicenum erant XXV secundum rationem a Frontino allatam: sed aquarii novaverant quattuor modulos, quibus servatis, moduli fuissent XXIX. Hic itaque, postquam Frontinus scripserat modulos esse XXV, necessarium erat, ut declararet, modulos esse XXV, sed emendatis (i. e. ablatis) quattuor, quos aquarii novaverant. POL. Primum significationem illis *directa ratio* a Poleno subiectam minime fert latinitas. Tum *emendatis* male intellectum est et interpretatum. Denique nusquam dicitur (cf. Art. 31. 34) et falsum est, fuisse modulos XXV, exceptis quattuor, quos aquarii novaverant, in universo XXIX; sed fuere omnes XXV, quo numero etiam quattuor illi continentur, ut ex censu modulorum XXV ab Art. 39 usque

ad Art. 64 liquet. Heinr. corrigit: *directi*. Sch: *directas*, scil. formulas. Debebat emendari *directos*, scil. modulos, ad quod nomen respiciatur in seqq. Emendatio omnino est necessaria. Ratio non dirigitur, sed moduli diriguntur ad rationem; respice modo seqq.: *secundum quam* (rationem) *fistulae omnes dirigi debent*. De *ratione* locutus Frontinus est Art. 31: *Ratio fistularum quinariarum usque ad centenum vicenum per omnes modulos ita se habet* etc. Ad hanc rationem direxit XXV modulos, in quibus etiam quattuor illos, sed *emendatos*, i. e. remotis, quae in iis novata erant, in pristinum statum restitutos et ad eandem cum ceteris modulis rationem directos.

quae opus facient) Opus facere hic insolentius dicitur pro „negotium facessere", i. e. difficultatem et molestiam parare, scil. de fistulis, quae non ad veram constitutamque rationem sunt directae. Sch. vertit „die weiter erforderlichen". et infra *hae fistulae* „die vorhandenen Röhren".

hae fist. manebunt) quales nunc sunt, seu ita uti nunc sunt, videlicet non directae ad rationem, servantur. HEINR.

39.

De rationibus in Artt. 39 — 64 initis quum, quae dicam melius quam Pol. et Sch., non habeam, immo ne mei iudicii quidem sint; lectores ad horum virorum doctorum interpretationes convertere, quam dicta temere recoquere, satius duxi. Frontini verba equidem ad Poleni editionis fidem recudenda curavi.

64.

praeeunte) adiutus auctoritate. HEINR.

in universo) Art. 37: *omnes*.

in distributione) in erogatione, et quasi in expenso; ductum a libris rationum, in quibus alterum caput est *accepti*, alterum *expensi*. Cumque translate et improprie hoc dictum sit, recte hic quoque adiecisset *ut ita dicam*, quod infra facit. Ceterum de verbis *in accepto* velim attendi, quae haud obscure significare possunt, qualis „commentariorum" instituendi ordinandique ratio fuerit. Cf. Art. 69: *in acceptis*. Commentariorum pars duplex, 1. *concepti* (comment. conceptionis, concepta

commentarior., Art. 73.) 2. *erogati.* Singulis aquis proprii erant et separati commentarii; sic Marciae, Claudiae, Tepulae, etc. HEINR. Plura Sch. VII. 11.

in patrimonio) i. q. in accepto. Sch. „so zu sagen im Erbvermögen".

65.

Erogabat quin.) Erogationes aquarum componit Bunsen, Beschreib. der St. Rom. Bd. I p. 199.

depressior) Gesner. ad Plin. Epist. 10, 69, 4. Oudendorp. ad Frontin. Strateg. p. 74. HEINR. Respicit hunc locum Bunsen l. c. p. 197.

manationes) Eadem vox Art. 110 et 122. et tria haec exempla recepit Forcellin. in v.

praebita aqua) Ita J. Explica: per vitia ductuum scaturigens prolataque in apertum. Melius hoc iudico, quam quod est in codd. *probata*, i. e. pura, salubris. Quod si autem legere malis *prolata*, haud multum repugnabo. POL. Lego: *quod, in pl. Urb. partibus, prolatâ aquâ, observatur quod ex ea manat.* Haec, tam clara, vitiari coeperunt, cum haud intelligerentur a librariis. et sic natum etiam *id quod*, ineptissime huc invectum. *Proferre* quod modo dicebatur *ostendere.* HEINR. *Praebita* (ut est in J et rec.) ea notione, quam tribuit Pol., neque est latinum, et vi caret. *Prolata*, codicum quidem lectioni proximum, licet aliis videatur tam clarum, mihi perobscurum est. Sch. effinxit *percolata*, „durchgesickert", deletis sequentibus *id quod ex ea manat.* Cui rationi primum obstat, quod verba, quae omnium librorum auctoritate gaudent, necessario eiicienda sunt; tum vero *percolatio* fit *colo*, significatque *percolare* „durchseigen", non „durchsickern". Corrad. retineri iubet *probata.* Verum enim vero aliud quidquam in codd. vestigiis latere suspicor, idque cum sequenti sententia *id quod ex ea manat* arcte coniunctum. Sed haec quoque verba sordem trahunt. Nulla enim lege syntaxis *aqua, id quod manat* tolerari unquam potest. Sensit hoc, a cuius manu profectum est, quod in J exstat; qui tamen sua correctione nihil profecit. Respiciamus verba Art. 110: *aquae caducae vocatae — ex manationibus fistularum.* Art. 122: *tectoria corrumpuntur, unde fiunt manationes.* Art. 94: *id est quae* (aqua) *ex lacu abundavit: eam nos*

caducam vocamus. Unde pro nostro loco efficienda esse videtur sententia huiusmodi: *caduca aqua observatur, id est, quae ex ea* (Appia) *manat. Caduca* in universum dicitur aqua, quae aliquo modo effusa, vel manationibus fistularum, vel tectoriis corruptis, vel lacubus abundantibus; nostro loco fistularum manationibus. Scriptum primitus erat: *i. quae ex ea manat:* quod quum capiendum esset *id est quae,* librarius litteram *i.* cepit pro *id,* cui vel invito succedere altera debebat mutatio *quod.* Adde quod nimius est Frontinus in id genus interpretationibus per *id est* introductis. Operam perdidere viri docti: sed sententia saltem restituta quin vera sit, noli dubitare; modo pro *caduca* alia vox eruatur, ad codices propius accedens. Atque ea quoque mihi oblata est, legenti Art. 88 verba: *aquae pereuntes.* unde Frontino restituendum censui *perdita aqua,* quà idem significatur atque *aquis pereuntibus,* item aquà caducà.

66.

in com. est) Sch. legit: *in com. positum est,* et *positum* abesse non posse affirmat. Certe Art. 67: *quam in conceptis com. positum est.* Sed ibidem: *amplius quam in com. est.* Art. 73: *amplius quam in conceptis com. est.* Art. 68: *amplius quam in commentariis,* om. *est;* et sic etiam Art. 69. 70. 72.

67.

cum eo, qui circa piscinae ductum eodem canali in arcus excipitur Ita J U, nisi quod hic pro *qui* habet *quid.* C pro *cum eo qui* habet *quo in eo quod.* Secutus sum J. Intelligas: Ex canali, per quem aqua perducebatur ad piscinam, partem aquae influxisse piscinam, et deinde ex ipsa piscina in arcus (id est in ductum arcubus sustentatum) fuisse introductam; partem vero reliquam non per piscinam, sed *per eundem* perductum *canalem circa piscinae ductum* (id est circa ductum, per quem ducebatur aqua effluens a piscina) fuisse exceptam in arcus. POL. Ex Poleni interpretatione scribendum fuit: *circa piscinam ductus.* Locus difficillimus est, de cuius integritate merito Sch. in dubitationem venit, verba *eodem canali* non Frontini esse iudicans. Scribit in seqq. Frontinus: *aut quae in arcus recipitur; quam ex piscina in arcus re-*

cipiuntur. in his quinariarum numerus, quae in arcus recipiuntur, respicitur, loco modi, in piscina mensuris positis iniri: ex quibus evincitur, modum, qui in piscina mensuris positis inibatur, eundem fuisse cum eo modo, qui post piscinam in arcus recipiebatur. Unde sententiam saltem rei non absonam restitueris hanc: *idem* (modus) *cum eo, qui circa* (i. e. prope, haud longe a) *piscinam in arcus excipitur*. Sed quid nunc fiet verbis: *ductum eodem canali?* Ego medicinam facere non possum. Etiam libri, quo locum sanare speres, nihil suggerunt. In C ego video: *quom eo qui*. U: *cum eo quid*. V F: *positis in iter cum qui cc.* (i. e. *circa*) *piscinae duct*. Praeterea pro *in arcus excipitur*, quod Pol. vulgavit, in omnibus libris legitur: *in arcu excipitur*. Malum, quod etiam verba infra sequentia, *aut quae in arcus recipitur*, in quibus fortasse aliquid latet auxilii, in codd. pessumdata sunt!

in conceptis com.) Polenus hoc idem esse opinatur quod *in commentariis*. quae accuratius exponenda erat opinio. De conceptionis modo in commentariis adscripto disserenti, licuit Frontino insolenti aliquo modo, et ne semper eandem rem iisdem verbis redderet, *concepta* (neutr. plur.) dicere pro „modi concepti“, i. e. comprehensi, descripti, numeris expressi. Notandum est hoc substantivum, a solo, quod sciam, Frontino, sed duobus locis, usitatum, et lexicographis adhuc incognitum. Fateor tamen, melius dictum fuisse *in conceptionis modo*.

concept. modum) Art. 66: *amplius quam in commentariis conceptionis modum significari diximus*. Art. 71: *Alsietinae conceptionis modus nec in comm. adscriptus est*. Art. 65: *Appiae in comm. adscriptus est modus*, scil. conceptionis, quae vox etiam initio Artt. 66. 67 etc. intelligenda est. Est autem *modus conceptionis* modus aquae conceptae, quantitas aquae collectae, Fassungsmass (vertente Schultzio).

eas cessare) Scilicet, non enim eas aquae quinarias 2499 deficere propter paupertatem aquae fontium, manifestum est etc. POL.

68.

deinde statim ex Marcia) *Statim* hic, Art. 105 (*statim ab hoc*) et Art. 112 (*statim amplioris fistulae*), quibus locis brevissimum intervallum significat, ab interprete medii aevi interpolatum est; nam *diu* et *statim* de spatio usi non sunt ante Pomponii Melae, quem vocant, aeta-

tem. SCH. Immo ea est loquendi consuetudo a Frontino amata, ut e tribus exemplis, quae nihil deficit auctoritatis, abunde probatur. Praeterea eandem significationem deprehendimus Plin. XV. 10: *Piceae rami, paene statim ab radice modici, velut brachia lateribus inhaerent.*

quin. LXXXXII) Art. 67: *et dabantur in adiutorium Tepulae quinariae LXXXXII.*

69.

omne) insolenter hic ponitur substantivi instar. Intell.: summa quinariarum, quas Julia accipit, est quinariae 1368.

quin. CXC) Cf. Art. 68: *Caput ergo eius* (Tepulae) *observandum est a piscina Juliae; ex ea enim primum accipit quinarias CXC.*

sine benef. Princ.) Cf. Sch. VI. 12.

70.

ad milliarium VII) Recte Pol. animadvertit, illud *prope Urbem* apud Frontinum maiorem exigere propinquitatem, ideoque aut II aut III milliarium esse reponendum. Numerum librorum falsum esse, etiam ex acquisitionibus evincitur, quarum praesertim Augusta inter V et VI demum milliarium Virgini accedere potuit. Repetendum vitium est ex permutatis numerorum signis ≻ et Λ, quorum prius seculis XIII et XIV non *septem* sed *duo*, hoc *septem* significabat. Ad finem autem seculi XV et seculo XVI editoribus signum ≻ non amplius notum erat pro *duo*, sed pro *septem;* nam iam ineunte seculo XV numerum *duo* datum invenimus signo 2. Apud Eutrop. X. 16 cod. ms. Thom. Galei τοῦ μακαρίτου habet *imperii anno secundo*, pro *septimo*. Jornand. de Reb. Get. 32 *ducentis* et *septingentis* permutantur. Cf. Walther p. 45⁶/₇. SCH.

Cejonii Commodi) Illustre Cejonii Commodi nomen, qui, ab Hadriano adoptatus, Caesar appellatus est. Hujo Cejonii, cui etiam Aelio Vero nomen, pater fuit Cejonius Commodus, et maiores omnes nobilissimi, ex Hetruria oriundi. v. Spartian. in Ael. Ver. init. et Capitolin. in Vero Imp. init. In Fastis L. Cejonius Commodus Verus Consul nominatur a. U. 859; alius eiusdem nominis a. U. 829.

mensuram egi) Adamatum Frontino est *mensuram agere*, quo utitur etiam Art. 67. 72. 74. pariter ac Plin. Ep. X. 28. Cf. Tennull. ad

Frontin. Strateg. I. 3, 10. Idem saepe legitur ap. Frontin. de Colon. ap. Goes. p. 116. 127. 130. 146. de Limit. Agror. p. 38. Exposit. Form. p. 31. Nihil significatione differt a *mensuram inire*, de quo alibi.

71.

in re praesenti) Sch. „an Ort und Stelle." v. Forcellin. v. *praes.* Frequens formula in re agraria. v. Goes. Ind. v. *Re.*

Careias ex Sabatino) De Careiis oppido v. Cluver. Ital. Ant. p. 524. De Sabatino lacu (nunc *Lago di Bracciano*) Silius Punic. VIII. 492. Cluver. p. 554. Cf. Forcellin. vv. Pluribus de locorum huc pertinentium situ disputat Pol. Heinrichius convertit ad Bynkershoek. Observat. J. R. lib. VI. p. 158.

quantum aquarii temperaverunt) Temperare significat saepe miscere; significat etiam miscere proportione servata. Scribit itaque Frontinus, aquam Alsietinam tantum recipere ex lacu Alsietino et ex lacu Sabatino, quantum ex utroque placuit aquariis commiscere. Concipiendum autem videtur, aquarios omni tempore potuisse ex utroque lacu aquae modum varie temperare: ideo modum pendentem ab aquariorum voluntate nec fuisse *in commentariis adscriptum, nec in re praesenti certum inveniri potuisse.* POL.

CCCXCII) Idem numerus Art. 85.

72.

ad — fidem) *ad* his locis vim habet comparativam.

saltem) Scias, *saltem* cum negatione coniunctum saepe esse id quod „quidem"; ut verba sic expedienda sint: et ne ad illas quidem mensuras, quae ad piscinam actae sunt. De qua significatione v. Herzog. ad Caes. B. G. I. 6. Forcellin. Lex. nuper ed.

scilicet) Intelligas: quod scilicet post tot iam illatas ante piscinam iniurias aliter evenire non poterat.

Anione) De re Art. 91.

me acquisitionum mensuris blandiri) Sch. „ich sey durch die Eichung der Zugänge getäuscht." Persaepe quidem *blandiri*, vel potius *blandiri sibi* apud iurisconsultos significat „se ipsum fallere". v. Spiegel. Lex. Jur. et Forcellin. in v. Sed haec significatio parum huc per-

tinere videtur; rei magis accommodata est interpretatio Poleni: „me velle describere maiores, quam reapse sint, mensuras quantitatis suae.“ Quemadmodum enim nos pictorem, qui nativam alicuius rei faciem ultra naturam extollit et pingendo reddit pulchriorem et excellentiorem, imagini suae blandiri („dem Bilde schmeicheln“) dicimus; ita apud Frontinum, qui acquisitionum mensuras supra veritatem adauget, mensuris blanditur. Eodem pacto blandiri dicimus, qui, quod malum est, dissimulare et obtegere studet; v. g. vitiis suis blanditur, qui ea excusat aut attenuat. v. Spiegel. l. c. — De *acquisitionum mensuris.* v. ad Art. 73.

adeo Curtium) Junge: adeo sufficere, ut. De nomine *Caerulo* v. ad Art. 14.

Nec eo inficias, quin — non) En alterum et antiquius exemplum Caelii Epist. 14 ad Ciceronem: *Illud te non arbitror fugere, quin homines — debeant* etc. Tertium Quintilian. 12, 7, 8: *Nam quis ignorat, quin —?* ubi sine exemplis frustra laborant Spald. et Buttm. Terent. Phorm. 5, 9, 26. si Faernum et Bentl. sequimur. Verum ista interrogatio est: *Set ea quin* (i. cur non) *sit ignoscenda?* ubi nihil est rectius coniunct. modo. In illis tribus exemplis *quin* valet „quod non“, additumque est alterum *non,* perinde ut Graeci. Bergl. ad Alciphr. p. 215. Buttm. ad Midian. Excurs. XI. Schaef. App. Dem. IV. p. 164. HEINR.

capiuntur enim ex Aug.) Sch. „gefasst nämlich werden sie (illi fontes) aus der Augusta“. Quae interpretatio adversatur iis, quae Art. 14 traduntur. Debet *capiuntur* referri ad *superflua.*

73.

Anio habere — ponebatur) Nota constructionem personalem.

quarum acquisit. me non avide amplecti) Respice Art. 72: *me acquisitionum mensuris blandiri,* i. e. me blandiri mensuris acquisitarum seu collectarum ad caput aquarum. Eandem sententiam reddere hic voluit Frontinus, hanc: me acquisitionum mensuris non voluisse blandiri. Sed reddidit paulo aliis verbis, quae sic explicanda sunt: collectam illam quinariarum 4728 copiam me sine ira et studio comprehendere, me non libenter dataque opera comprehendere maiorem. *Non avide,* nicht aus Leidenschaft, nicht aus irgend einem unreinen Motive.

in erogatione ipsorum comm.) i. in commentariis erogati. HEINR.

IV.CC; cum alioquin etc.) Contra Polenum Sch. in not. crit. hunc in modum disputat: „Polenus hat bei Zusammenstellung der 4211 Fünfer als Verausgabung des Neuen Anio, wie sie die Codd. und Joc. angeben, mit der Verausgabungssumme der übrigen Gewässer gefunden, dass die Gesammtsumme anstatt 14018, wie Frontin sie angiebt, 14029, also um 11 mehr beträgt, und vergebens bemüht er sich, den Grund dieser Differenz aufzufinden. Wenn er die hier vorliegende Zahl 4211 nebst den darauf folgenden Worten genauer angesehen hätte, würde ihm nicht haben entgehen können, dass die Differenz von 11 in der Gesammtsumme eben in dieser Zahl 4211 ihren Grund hat, indem man die Worte *unde cum*, welche unmittelbar hinter der Zahl folgten, für *undecim* gelesen und der Zahl 4200 angeschlossen hat. Nimmt man also dieses *undecim* weg und stellt dafür *unde cum* wieder her, so stimmt nicht nur die von Frontin angegebene Gesammtsumme der 14,018 Fünfer, sondern es erhält auch der nun folgende Satz seine Vollständigkeit. Dieser Satz nämlich hiess: *unde, cum alioquin in eisdem commentariis inveniatur conceptio non amplior* (nicht *amplius*, wie Joc. und Polen lieset) *quam III millium CCLXIII, praeterea intercipi non tantum DXXXVIII, quae inter mensuras nostras et erogationem intersunt, sed longe ampliorem modum deprehendi.* Obwohl dieser Satz etwas schwerfällig ist, so müsste man ihn doch sich gefallen lassen, wenn er an sich einen so richtigen Sinn hätte, dass man darin Frontins Zweck und seine klare Darstellungsweise wieder fände. Allein im Gegentheil ist hier etwas Unrichtiges und Widersinniges gesagt worden. Denn daraus, dass die Fassung nach den Denkschriften nicht mehr als 3263 Fünfer beträgt, geht keineswegs hervor, wie hier gesagt wird, dass ein Mehres als die 538 Fünfer unterschlagen worden. Wenn 4738 Fünfer nur wirklich vorhanden waren, und davon 4200 als richtig verausgabt in den Denkschriften nachgewiesen werden, so konnte rechnungsmässig ein grösserer Unterschleif als jene 538 Fünfer nicht stattfinden, und wenn Frontin daher sagt, dass er dennoch einen grösseren Betrag an unterschlagenem Wasser angetroffen habe, so kann der Grund davon allerdings nur darin liegen, worin er ihn selbst angiebt, nämlich, dass die Wasserlieferung wegen der grösseren als normalmässigen Geschwin-

digkeit in der That mehr als die durch Messung gefundenen 4738 Fünfer betrug. Die Consequenz und Klarheit in dieser Darstellung des Verfassers erlaubt daher nicht, ihm die von mir eingeklammerten Worte *unde cum alioquin* bis *III millium CCLXIII* zuzuschreiben, sondern erkenne ich darin die Hand des Interpolators."

74.

annotaturos) i. e. *miraturos*, auffallend finden. Plin. H. N. III. p. 226: *Haec litora — annotantur.* Quintil. 8, 1, 2: *annotata unius affectione verbi.* HEINR. *Rem annotare* significat, rem, cuius vera causa nos lateat, seu quae mira nobis videatur, cogitationi et investigationi subiicere, vel quasi notâ appictâ investigationi subiiciendam reservare. Art. 104: *In hoc S. C. crediderim annotandum, quod* etc. Cf. Art. 106: *dignum annotatione est.* ubi libri plurimi: *admiratione.*

in tantum) Ruhnk. ad Vellei. p. 33. Vellei. p. 175: *in tantum, ut.* et saepius. Sic *in multum* Forcellin. in v. *mult.* HEINR.

dum beneficia etc.) Id est: dum Principes putantes, se posse concedere quinarias 14,018, quae apparebant in erogatione (v. Art. 64), nescientesque veram copiam aquae omnium aquaeductuum constare ex quinariis 24,413 (v. not. 6. III. ad Art. 64), concedentesque beneficia sua secundum apparentem illam erogationem, amittebant circiter decem millia quinariarum. POL.

temperant) i. tribuunt, assignant, dispensant. HEINR.

75.

Sequens) i. e. alia. HEINR.

formas rivorum) De *formis rivorum* Polenus haec disserit: „*Formae* significant hoc loco fistulas, tubos, seu specus, per quos aqua ducitur. Ita Sidonius Ep. I. 5: *Patuit et Roma conspectui: cuius mihi non solum formas, verum etiam naumachias videbar epotaturus.* Ad quem Sidonii locum Jac. Sirmondus exponit causam, cur rivorum canales formae nuncupentur. Nomen (scribit) inde, ut apparet, quod subditis formis instruebantur. Qua ratione formacei quoque Afrorum Hispanorumque ex terra parietes dicti, quoniam in forma circumdatis duabus tabulis inferciantur, ut docet Plinius XXXV. 14." — Eodem modo interpretatur

Forcellinus, qui citatis verbis Frontini et Sidonii, aliud affert Ulpiani Dig. VII. 1, 27: *Forma aquaeductus, quae per agrum transit.* ubi simillimum in modum *forma aquaeductus* coniungitur, ut nostro loco *formae rivorum.* Attamen Sch. (III. 22) hic et Art. 126 (*vias per ipsas formas dirigunt)* legit: *forinas,* „Streichbahnen", eamque emendationem, iam ab Andrea Alciato (in Annot. in tres posteriores Lib. Cod.) propositam, multis defendere studet.

76.

Caelio Rufo) M. Caelius Rufus, is cuius extant scriptae ad Ciceronem epistolae XVII, liber 8vus inter Epp. ad Div., incomparabile illud persingularis ingenii monumentum, sed quod criticum quoque et interpretem haud vulgarem etiamnum sibi postulat. Ingenium plus uno nomine Juvenali persimile. Glandp. Onomast.; Ernest. Ind. hist. Aedilis curulis factus a. U. 702. id ipse scribit ad Cic. epistola sua 9. eique rursus Cic. gratulatur II. 9. In ea dignitate, sequente anno, Caelius his utitur verbis ad Cic. VIII. 6: „Dici non potest, quomodo hic (in Urbe) omnia iaceant. *Nisi ego cum tabernariis et aquariis pugnarem* reternus civitatem occupasset." Hanc datum esse epistolam initio illius anni cum res ipsa ostendit, tum Sigonius, sub ficto is latens Ragazonii nomine, observavit. Tunc igitur, paulo ante ingressus Aedilitatem, eam de Aquis orationem Caelius ad Populum habuit, deinde edidit. De M. Caelii vita P. Manutius ante eius Epp. Petr. Ciacconius ad Caesar B. G. p. 296. col. 1. Cic. in Orat. pro eo habita; et de eius dicendi genere et orationibus editis Brut. c. 79, Tacitus Dial. de Oratoribus, Quintilian. cf. Wetzel. ad Brut. p. 190. col. 2. Accedit ex tenebris nuper erutus testis M. Aurelius ad Frontonem p. 32. Berol., p. 21. Rom „*Coelianum* excerptum." etc. p. 48. Ber. Caelius mons in Cod. est Ruhnk. ad Vellei. p. 297. Atque haec omnia adeo certa testataque sunt, ut, quod Polenus *opinari* se de hoc Caelio, in eo opinioni, quae etiam coniectura minus est, omnino nullus sit locus. HEINR. *Tabernarii*, cum *aquariis* coniuncti, explicantur ex Frontin. Art. 76 „tabernas". Sunt tabernae opificum sensu amplissimo, ut Cic. Catilin. IV. 8. HEINR.

nunc) Plin. H. N. 31. p. 100. HEINR.

utinam non per offensas, probaremus) Scil. invidiam multorum he-

minum se moturum esse sciebat Frontinus, si illa probaret. Ad finem libri Frontinus: *cum officii fidem etiam per offensas tueri praestiterit.*

irriguos agros) per rivos. Ego. Brisson. v. *rivus.* Gronov. ad Senec. p. 272. Manil. p. 88. Sidon. Appollin. Carm. XXII. 207. sqq. HEINR.

corruptelas) i. e. ganeas et lupanaria. Forcellin. in v. Quae vetus glossa in Glossar. Labbaei vocat *conventicula perditorum.* HEINR. De *coenaculis* v. Sch. VII. 12.

perpetuis) i. e. perpetuo aquam dantibus.

falsis titulis) Art. seq. *falsis nominibus.* HEINR.

altius exceptam) Claudia erat altioris librae et excipiebatur altius, quam Julia; quare Pol. restituit *altius.* In eandem sententiam Sch. legit: *opere arcuato altiore exceptam, a Spe usque* etc. *Altius exceptam* dicitur, ut Art. 20: *Anio et Claudia in altiores arcus recipiuntur.* qua in re *excipere* et *recipere* promiscue usurpavit Frontinus, ut vidimus Art. 67. Cf. Art. 18: *Altissimus est Anio Novus, proxima Claudia.* Melior certe emendatio, quam est Poleni, in mentem non venit. Opus autem arcuatum sunt arcus Neroniani (ut audiemus Art. 87), qui, ad Spem Veterem incipientes, iuxta templum Divi Claudii terminantur, referente Frontino Art. 20.

omissae) Sch. „sind die ersteren (Marcia et Julia) nicht weitergeführt, sondern preisgegeben worden.“ perverso sensu, si quid video, ut vel ex seqq. patet. Quum Claudia perducta esset, ipsa quidem aqua mutata est, atque in Marciae Juliaeque aquarum locum successit aqua Claudiae, ita ut priores, nedum ampliatae sint i. e. ampliorem aquae modum ceperint, auctae quippe aquae copia a Claudia perducta, sed omissae potius fuerint, i. e. omnino neglectae, et Claudia sola (cf. Art. 87) aquam suggerere credita sit. Jam Claudia quamvis in priorum castella aquam suam infuderit, illasque paene oblivioni dederit, tamen castella non mutabant nomina; immo Claudia dabat aquam, et castellis vetus permanebat Juliae et Marciae appellatio.

Ad Art. finem annotat Heinrichius: „Igitur, quod emendandum videbatur, hoc erat, ut omissae a Nerone aquae, adiiciendis castellis, revocarentur in usum.“

77.

acquisitione) Sch. commode reddit „Eroberung.“

confertam etc.) *In massam confercire* aptissima formula est. Quanquam haud necessarium est, ut primitivae, quam Sch. (vertens „in einen Teich zusammengestopft“) reddere conatus est, significationi inhaereamus. Siquidem *massa*, de quacunque rudi et infecta mole usitatum (v. Brisson. v.), hinc de magno cuiuslibet rei ambitu atque etiam de magnis numeris in unam summam redactis dicitur; cuius postremae significationis testis est Frontinus hoc loco, quem commemorare saltem lexicographi debebant. Cf. not. seq.

falsis nominibus) Sch. „ja selbst auf ungehörigen Rechnungen angesetzt.“ Bene. Quam significationem Frontinus ex re pecuniaria repetiit. *Massa* constat ex partibus, quae partes vocantur *nomina* (veluti „Posten“). Et fortasse etiam ipsum vocabulum *massa* in re pecuniaria de pecuniae summa usurpabatur: quare utrumque dicendi genus proxime se excipiunt.

per nomina aquarum) Sch. „nach den Rechnungen der Gewässer, wie sie dermalen liegen.“ Haec verba, etiam ad finem Art. 78 posita, aliter mihi capienda esse videbantur.

comprehensionem) i. enumerationem. Quintil. XI. 1. 51 et Spald. HEINR.

ponemus tamen etc.) Sch. „fassen wir uns aber auf das Kürzeste, damit nichts gleichsam von dem Grundrisse des Dienstes denen entgehe, welchen die allgemeine Uebersicht genüget; so darf man Unwichtigeres übergehen.“ Vir doctus structuram non assecutus est. Ἀσυνδέτως; sententia *licebit transire leviora* cum praecedenti coniuncta est, omissa particula adversativa *autem;* quod cum librarii quoque non caperent, alii aliter mutabant.

78.

nomine Caesaris) Eadem locutio Art. 3. 23. 79. 80. sqq. Cf. Art. 108: *Augusti nomine.* Ubique Sch. VI. 8 de suo ingenio correxit *nomini.* Libri tam scripti quam editi ad unum omnes ubique mordicus tenent *nomine,* ita ut ne minimum quidem variae lectionis vestigium appareat. Atque emendatio *nomini,* licet primo adspectu praesertim ob

ceteros circa dativos applaudas, ex loquendi more quod sciam probari non potest. Contra ea librorum lectioni *nomine* conciliatur auctoritas ex hoc eodem Art., in quo infra scribitur: *sub nomine Caesaris* (quod quidem Sch. itidem corrigere coactus, nequidquam mutavit in *subinde nomini)*; cui eadem subest significatio atque illi *nomine Caesaris.* Conferas vel haec: *sub conditione* et *conditione*, *sub specie* et *specie.* Utraque autem formula significat idem quod simplex *Caesari.*

privatis) Sch. hic et infra et sequentibus quoque Artt. ubique legit: *usibus privatis;* quippe quod opponatur illi *usibus publicis,* quo in iisdem Artt. Frontinus constanter utitur. Profecto tum alibi tum Art. 80 dicit Frontinus *usibus privatis,* quod in C pessumdatur in *ius privatis.* atque Art. 86 in C exaratur: *ũ privatis;* quod praefixum compendium primitus fuisse *usibus* credibile est, a posterioribus librariis deinceps neglectum. Atqui ceteris locis omnibus nulla deprehenditur lectionis varietas: et quum alibi persaepe apud Frontinum (ut alios scriptores silentio praetermittam) *privati* sint „homines privati," nulla subest causa, quare hoc Art. sequentibusque nostrum vitasse statuas dicendi genus, de cuius latinitate et integritate constat.

79.

nomine Appiae) i. q. Appia dat suo nomine. Art. 84: *Virginis nomine,* i. q. Virgo erogat suo nomine. Ut loquitur Frontinus Art. 69: *Julia erogat suo nomine.* Discrimen intercedit inter hos locos et inter eos, quibus legitur *nomine Caesaris,* de quo ad Art. 78 audivimus.

80.

Anionis Veteris) Sch. VI. 8 hic et Art. 81 *(Marciae)*, Art. 82 *(Tepulae)*, Art. 83 *(Juliae)*, subaudit *nomine,* de quo ad Art. 79 monuimus. Ego vero genitivum ubique pendere a seq. voce *quinariae* contendo, paene dixerim graeco more, de quo cf. nos ad Dict. Cret. I. 6 Gloss. p. 248.

84.

per se) Sch. „allein". Puto esse „für sich" i. e. separatim.

euripo) v. Sch. III. 23.

87.

describebatur) i. distribuebatur. Art. 98: *descripsit*, sc. per commentarios. HEINR. *Describere* est „eine planmässige Uebersicht geben"; ideo etiam „planmässig eintheilen."

plures aquae) Intell. „redditae", ex seq. *reddita*. Quis dubitet? Sch. tamen addit: *plures aquae accedunt*.

reddita amplo op.) *Reddita* Marcia collibus est: nam postquam Claudia a Nero Imp. in Coelium et Aventinum perducta erat, priores aquae, Marcia et Julia, omissae erant. Art. 76. *Ampliore opere* reddita Marcia est: quum enim pars tantum Marciae, in rivum Herculaneum se deiiciens, rivi Herculanei nomine per Coelium duceretur (Art. 19): haud ita magna copia, quare Nero omisit, Claudiamque perduxit: nunc ipsa Marcia ampliore atque antea opere, et proprio aquae ductu, a Coelio in Aventinum perducitur.

88.

aucto) i. e. si auctus fuerit. HEINR.

ducebant) i. e. deducebant, dirivabant, i. e. clam surripiebant. *Securi*, i. e. sine cura, sine timore. *Fruuntur*, scil. aqua.

pereuntes) *praetereuntes*, „die zum Abfluss dienenden Wasser." BUNSEN Beschreib. der St. Rom Bd. I. p. 102. *Pereuntes* i. q. caducae. HEINR. Emendavit Bunsenius, nec latinitate salva, nec sententiâ. Non emendasset, si comparavisset verba Art. 111, necessario ob ipsam rem hic comparanda, ubi de aqua *caduca* agitur: *Nam necesse est — aliquam partem aquae effluere; cum hoc pertineat non solum ad Urbis nostrae salubritatem, sed etiam ad utilitatem cloacarum abluendarum.*

otiosae sunt) Bunsen l. c.: „ohne Nutzen". cf. Forcellin. in v.

alia iam mund. etc.) Cf. Art. 111. *Munditiarum* verum est, translatum a domibus. Forcellin in v. Neque in plurali recte offendas, quem numerum haec aetas novandi studio affectare solet in multis huiusmodi substantivis. *Viae* et *semitae* in urbe. Cic. II. de L. Agr. §. 96. *Et causae*, i. et sic. Hand Tursell. II. p. 484. 19. HEINR.

grav. coeli) i. e. humidi propter exhalationes viarum sordium, crassi et pinguis, cuius ideo aspiratio gravis et pestilens futura est. Cic. ad Attic. XI. 22: *gravitas coeli*.

deberi operi novae erog. ord.) Contra librorum omnium consensum Sch., allatis Frontini Strateg. Praef. verbis: *deberi adhuc institutae arbitror operi*, corrigit *deberi operae*. Immo, cum in eadem Frontini Praefat. respectu illius loci paulo infra dicatur: *Illud neque ignoro, — rerum gestarum scriptores indagine operis sui hanc quoque partem esse complexos*, illo loco ex codd. Gudian. Leid. sec. et Medic. sec. restituendum esse contendo: *deberi adhuc instituto arbitror operi. Institutum* opus est, quod scribere aggressi sumus; et nostrum locum sic expedies: meum esse, operi seu libello, in quo scribendo versamur, hic insererc novae erogationis ordinationem.

ordinationem) Art. 112; *ordinationem aquarum* Art. 92: *aquas ordinare*. HEINR.

ea ponenda) Interpretatur Pol.: „non esse eas res, quae ad novas erogationes pertinent, ponendas in ordinem, nisi cum res ipsae cunctae consummatae perfectaeque fuerint.“ *Ponenda* Heinr. explicat „dicenda, commemoranda“, comparans Art. 67 fin. *posuimus* Art. 77 *ponemus*.

89.

Quid, quod) Quid dicam de eo quod. Duker. ad Flor. 298. Drakenb. ad Liv. 28, 41, 12. HEINR.

Principis) Traiani. Art. 93 extr. HEINR.

praesidiis ac voluptatibus) *prasidiis*, usibus, utilitatibus. HEINR. i. e. ad praes. ac vol. Art. 23: *quae publicis privatisque non solum usibus et auxiliis, verum etiam voluptatibus sufficit. Prasidium* est, quod pro salute et utilitate alicuius auxilii gratia praeponitur, ait Festus.

Nec quia) Intelligas: Quod quidem fit, non quia etc.

Nec quia etc.) Prorsus integra est haec scriptura: sed singulare quiddam verba habent a constructione. Oratio est enim ἀναχόλουθος, cum expressa non sit apodosis. Cic. Or. c. 10: *non quo negligenda sit.* Mea ibi. HEINR.

si putei extructi obiecti sint) Explico: Si exstructi sint putei, quorum cavitates oppositae sint rivis ipsis; quare per eas relaxari possit vis aëris, ne aër conclusus cursui aquae adversetur et non modo eius cursum retardet, verum etiam eam exagitando et cogendo adversus limosa sedimenta in fundis rivorum deposita turbet inquinetque. POL.

De *puteis* Schneid. ad Vitruv. p. 143. Hirt. B. Alex. 5: *specus ac putei.* HEINR. Sch. III. 24 et III. 5.

90.

sereno) Contrarium est *nubilo*, Plin. H. N. VII. p. 63. HEINR. Intell. coelo. v. Forcellin. Ad rem cf. Art 15: *etiam sine pluviarum iniuria.*

Anio) Anio Novus potissimum est intelligendus: de quo eadem hic referuntur atque Art. 15. Et paene adducor, ut credam, restituendum esse *Anio Novus.*

lacu) i. q. piscina limaria, de qua Art. 15.

91.

intra se) nec cum aliis communicat.

in primis ab.) i. e. numerandus inter maxime abundantes. Omnium tamen aquarum abundantissima erat Claudia, ut Art. 72 affirmatur. POL.

maxime Claudiam) Cf. Art. 72.

in hoc temp.) i. usque ad. Art. 99: *usque in id temp.* Gr. εἰς. HEINR.

proprietatem) Art. 92: *qualitatem.* Art. 93: *proprietas.* HEINR.

adeoque) i. e. et omnino adeo. Goerenz. ad Cic. de Legg. p. 125 c. 1 Compar. *denique,* factum ex *demumque.* HEINR.

obvenientibus) Sch. „so wenig würde den Nachtheilen abgeholfen.“ Sive is *obvenientia* substant. instar acceperit pro „incommodum“, sive *obvenientes aquas* intellexerit, „aquas nocentes“; utraque ratio nescio an latinitati adversetur. Heinr. legit: *convenientibus,* nulla addita ratione. Fateor hoc vocabulum diu me varias in partes versavisse. Capiebam pro „per obvenientia“ i. e. per res obvenientes, durch entgegenwirkende Mittel. Sed hoc quoque non est latinum. Suspicabar *advenientibus* (dativ.), scil. aquis ex Anione in Claudiam pervenientibus. Emendabam deinde *obventionibus*, „den Nebeneinkünften“, scil Claudiae aliarumve ex Anione, et e re pecuniaria hoc vocabulum ad rem aquariam a Frontino translatam fuisse statuebam (id quod alibi quoque factum audivimus); de qua notione vid. Spiegel. Lesc. Jur. et Brisson. in v. Ad ultimum nihil mutandum esse putabam. Posterior enim emendatio me ad veritatem rectamque genuinae librorum lectiones interpretationem

promovit. Scilicet *obvenientibns* (aquis: dativ.) i. e. aquis, quae Claudiae ex Anione obveniebant, i. e. quae ex Anione in Claudiam aliasve aquas deducebantur; ut *obvenit mihi aqua* dicatur, ut solenni loquendi more apud optimos quosque *obvenit mihi provincia* (cf. Art. 96), *hereditas*, etc.

ut pleraeque accerserentur) Sch. „dass meistens die klaren Gewässer in Abwege geleitet wurden.“ Non intellexit.

splendore et frigore gr.) Art. 93: *Anio-frigidissimus simul et splendidissimus.* Plin. H. N. XXXI. 3: *Marcia aqua clarissima omnium toto orbe, frigoris salubritatisque palma.* Cf. Virgil. Aen. VII. 683. et Leandri Descript. Ital. p. 236. Colon. 1567.

foedis) sc. meretricum usui. v. Lips. Antiq. Lect. I. 12. POL.

92.

discerni) i. e. curari, ne permiscerentur; distineri. HEINR.

placuit) sc. Principi.

sicut) i. e. exempli gratia. Quod non cepisse videtur Sch. scribens: *Sic etiam Anio-exibit.* Junge: Omnes placuit ita ordinari, ut-serviret, et ut deinceps reliquae-assignarentur, exempli gratia ut Anio Vetus-exiret. Etiam Heinr. separare video: *sic ut.*

interior) i. e. propinquior. Interpretor ita: Quo propinquior Urbi excipitur, atque adeo excipitur ex fluminis parte, quae turbatior est partibus remotioribus. Anio enim, quo magis recedebat ab origine sua, eo magis turbabatur, pluribus ex causis, praesertim vero cedentibus ripis et mollioribus et solutioribus et soli pinguis (v. Art. 15. 90). POL. *interior.* Lips. Elect. II. 2. Heindf. ad Horat. Sat. p. 361. Forcellin. in v. HEINR. Admittere *interior* significationem a Poleno redditam, notum est; sed ubique ea ex rebus adstantibus illustratur et accuratius definitur: quod quidem nostro loco secus est. Sensum recte cepit Pol.; et omnis difficultas deciditur, si legis: *inferior.* Permutatio solennis, v. g. Art. 113 tres codd. *interior*, pro *inferior;* et sic alibi *intra* et *infra* confunduntur. En syntaxis: quum, quo inferior excipitur, eo sit minus salubris. Nihil certius. *Inferior* i. e. quo longius ab origine recedit: significatione satis trita. Noster Strateg. I. 1, 6: *inferiore itinere.*

93.

Sublacensem) Heinr. comparari vult Lips. ad Tacit. Ann. 14, 22. et Hessel. ad Vibium Seq. p. 53. ed. Oberl. Cf. Cellar. Geogr. II. 9. p. 496.

limpidissimus) Tres fuere lacus amoenitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo oppido, referente Plinio III. 12, 17. Ex quibus unum nominavit Frontinus. Tacitus Ann. XIV. 22. *Simbruina stagna* vocat. v. ad Art. 15.

Trebam Augustam) *Treba* antiquissima urbs Aequorum, quae vulgo nunc *Treve* appellatur. *Trebani* cum Tusculanis aliisque vicinis populis nominantur a Plinio III. 5, 9; eorum republica in Inscript. ap. Murat. 652, 2. Atque in monte Trebanorum oritur Anio, teste Plinio III. 12, 17. Cf. Cluver. Ital. Ant. II. 7. Cellar. Geogr. l. c. Kircher. Lat. Vet. et Nov. IV. 1. p. 175 sq. Quia Frontinus Traianum Augustum laudat, Cellarius putat, ornamenta Trebanae urbis, ut auctoris, illius fuisse. Alii *Trebam* et *Trebulam* confudere, ut Leander Descript. Ital. p. 151. Cf. Ortelii Thes. Geogr. v. *Treba* et *Mutuscae*, ubi omnia confunduntur.

paucis circa ipsum oppidum obiacentibus cultis) *Oppidum* pro *oppidis* reponendum cum Rubenio Elect. II. 35, qui haec verba facit: „Legerim *circa ipsum oppidum*. Pauci agri culti aut vomere scissi adiacent oppidum Trebam; ideoque purior illic Anio, quoniam luti nihil trahit aut radit e cultis ripis. Haec enim causa est, cur infra Anio sit turbidior, quod *terras cultas* (v. Art. 15) *circum se habeat soli pinguis, et inde ripas solutiores.*“ POL. *Obiacentibus* i. e. adiacentibus. *Cultis*, lntell. cultas terras (cf. Art. 15): capi autem *culta* debet pro substant. neutr. plur., de quo consulas Heins. ad Ovid. Epist. X. 59 et Vellei. II. 116.

deformis illius) sc. aquae prioris. Affertur locus a Forcellino, probaturo, *deformis* posse ad quamcunque rem, ipsamque aquam, transferri.

titulo) *Aqua Traiana* in Itinerario Antonini fol. 186 vers. HEINR. De toto hoc loco consule nos in Bruchstück. aus dem Leben Frontins §. 11.

94.

humum accidit) Heinr. comparat Schneider. ad Vitruv. 8 p. 138 et p. 140. Explica: in terram accidit, in terram cadit: et a *cadendo*

haec aqua vocatur *caduca*. Loquendi genus optimum, ut videre est ex iis, quae in Forcellin. nuper edit. afferuntur.

caducam) Quid sit *aqua caduca*, diximus ad Art. 65. Keuchenius adfert Varron. de Re Rust. III. 5, ubi *aqua caduca* vocatur *quae abundat*. Pol. provocat etiam ad Scaliger. Coniect. ad Varron. L. L. IV, ubi *aqua caduca* ex Frontino definitur. Omnium autem locorum nullus exsistit gravior, quam noster, ex quo etiam vocabuli cognoscitur origo, quam modo constituimus.

in publico impenderetur) Raro quidem ita coniungitur *impendere*, coniungitur tamen. Paul. Dig. 24, 1, 31: *In opsonio, aut in unguentis, aut cibariis familiae pecuniam impendere.*

concedentibus reliquis) Quomodo hoc? Vix enim „reliqui" interrogabantur. Sed sic interpretari licebat apud istos non valde „antiquos", si principibus viris dabatur aliquid praeter leges, cui non repugnarent reliqui. HEINR.

95.

a Censoribus) Cic. de Leg. III. 3, 7: *Censores-urbis templa, vias, aquas, aerarium, vectigalia tuento.*

ad usum publ. pertineret) i. ad usum aerarii. HEINR. i. e. civitati usui, i. e. utilitati, esset. Cf. Art. 94: *eratque vectigalis, statuta mercede, quae in publico impenderetur.* Sch. VI. 16: *ad fiscum publicum.*

96.

Tutelam) Art. 114: *custodiam.* Conservation. Scaliger. ad Varron. p. 172. Bip. Art. 98: *tueretur.* HEINR. Vid ad Art. 114.

singularum aquarum) i. e. singulorum aquaeductuum; ut loquitur Frontinus Art. 119 (*ad tutelam ductuum*). Eandem vocabuli *aqua* significationem habuimus Art. 3: *ius tuendarum earum* (aquarum). Art. 94: *ius tuendae aquae - ad ipsorum ductuum pertinet tutelam.* Cf. HEINR. ad Art. 1.

in ministerio) Marcell. Dig. 32, 67: *Maevio omnes iuvenes, quos in ministerio habeo, dari volo.*

operum probandorum) Brisson. v. *probare*, n. 3. Infra Art. 105: *calicem probare.* HEINR. Sch. „das Geschäft der Prüfung ihrer Arbeiten."

C. *Licinio et Q. Fabio Censoribus*) *C. Licinius, Consularis,* Augusti temporibus, ap. Sueton. de ill. Gramm. c. 20. Hunc cum Fasti non habeant, suffectus fuisse videtur, et quidem Julo Antonio a. U. 744, altero tum consule *Q. Fabio Maximo* Africano. v. Sigon. Fast. Ro. p. 348. Casaub. et Ern. ad Sueton. Claud. 2. cf. de ill. Gr. c. 18. Lips. ad Tacit. Ann. I. 10. — *C. Licinius* Geta et *Q. Fabius* Maximus Allobrogicus Censores a. U. 647. Schultz. Grundleg. p. 108. De illo Glandorp. col. 531, de hoc Ernest. Ind. hist. HEINR.

97.

Mancipi etiam etc.) De *mancipibus* Brisson. in v. Lips. ad Tacit. Ann. III. 31. Cf. *redemtores* Art. 96. 119. 124. Cic. Ep. ad Q. Fr. 3, 1. pr. „Messidium cum Philoxeno." ibi Ernest. Plin. H. N. 36. p. 381. „*In-legibus, ne-redemtor.*" Dicebatur *manceps aquae Apiae* etc., ut erant mancipes singularum viarum: Ind. Scalig. ad Grut. HEINR. Schard. Lex. Jur.

aquam oletato) Heinecc. Antiqq. Rom. p. 649. HEINR. A verbi *olere* obsoletis formis *olevi oletum* factum est frequentativum *oletare*, i. e. male olentem facere, conspurcare, inquinare, seu, ut ipsis Frontini verbis utar, *olidam facere.* Prisca est latinitas, cui omnino formae frequentativae propriae erant, quas aurea aetas fastidivit, posterior rursus non sprevit. Hinc repetendum *oletum*, κόπρος. Adiectivum *olidus*, male olens, notum est ex Horatio, aliis.

98.

post Aedilit.) anno quarto post Consulatum. HEINR. Cf. Art. 9.

descripsit) per commentarios. HEINR.

familiam propriam) Gravis admodum hic locus est de origine *familiae*, ab Agrippa institutae, Augusto hereditate relictae, qui eam publicavit. Intelligendum autem est corpus *servorum opificum*, quos Frontinus Art. 96 certis Urbis regionibus distributos et in tabulas publicas delatos fuisse retulit; et de quibus plura enarrantur Art. 116 sqq. Ut haec familia aquae ductibus tuendis (Art. 96) inserviebat; ita alia quoque erant servorum corpora, omnino ad munera publica pertinentium, qui dividebantur in familiam publicam et urbanam, iidemque certis Urbis

regionibus dediti fuisse videntur. v. Inscript. Orell. 2851 et ictorum locos apud Brisson. in Schardii Lex. Jur. in v. *familia*.

publicavit) *Publicare* non semper significat „confiscare," ut Art. 97; sed etiam ultroneas translationes privatae rei in possessionem reipublicae. POL. Idem Art. 116.

99.

potestate acta) Ex Senatus consulto Duumviri Anionis perducendi creantur Art. 6. A Senatu Praetori Marciae perducendae negotium datur Art. 7. Cura operum, ad aquarum ductus pertinentium, erat penes Censores Aedilesque. Etiam factum est, ut in Senatus consulto mentio fieret Quaestorum, quibus ea cura demandaretur (Art. 96). Leges quoque singulae de aquis fuere (Art. 94. 97). Igitur civitati quidem res, ut maximi operis et commodi, curae fuerat. Sed usque ad hoc tempus magistratum, qui curae aquarum totum se dederet cuiusque hoc praecipuum unicumque officium esset, civitas non constituerat: alii magistratui, Censori potissimum, cura demandata erat, qui ea velut munere extraordinario defungeretur, sua ipsius *potestate* et arbitrio vel ipse vel singulorum hominum suffectorum arbitratu (Art. 97 fin.) rem ageret, quia quid iuris esset, seu quid faciendum quid non faciendum esset, nondum certis legibus constitutum erat. Ex quo autem Agrippa de his rebus tantopere meritus est, civitas proprios magistratus creavit, Curatores aquarum, suis insignibus praeditos, principes semper civitatis viros (Art. 1), quibus aquarum unicum iniunctum officium; hinc Senatus consulta ad solam aquarum curam pertinentia data sunt legesque promulgatae, resque ad certum ius rediit.

lex promulgata) Quinctia. NB. „leges *perlatae*" Art 94, ubi sermo est de temporibus liberae rei p. HEINR.

Augustus quoque edicto) Sueton. Oct. 37. HEINR.

tota re in sua benef, translata) Nimirum, ut ex suo, non ex Agrippae beneficio se aquam habere cognoscerent ii, quorum commodo aqua erogabatur. POL. Sch. „nachdem er das Ganze auf seine Bewilligung übernommen."

Messalam Corvinum) Art. 102. Perizon. in Syllog. Epist. Burm. IV. p. 809. HEINR.

Pedarius) hoc cognomine vocatus, quod pater eius aut avus inter Senatores pedarios fuerat. Sueton. de. ill. Gr. c. 3. pr. Forcellin. et Ernest. in Clav. v. *pedarius*. HEINR. De *Pedariis* pluribus agit Budaeus Annot. in Pandect. p. 57. B. Lutet. 1556.

quasi magisratibus) Casaub. ad Sueton. Aug. c. 37. Cic. II. de L. Agr. §. 17 etc. HEINR. Casaubonus ibi plus semel Frontinum respicit, et ex eo Suetonium illustrat.

Senatus consultum) De forma SCtorum Heinecc. Antiq. p. 71. Manut. ad Cic. Epist. Fam. VIII. 8. p. 557. Cic. Phil. V. 19. Garaton. ad Phil. III. extr. Reiz. R. Alterth. p. 384. HEINR.

100.

V. F.) „voluerunt fieri.“ Ernstius ad Valer. Prob. p. 152. Immo: „verba fecerunt.“ Vid. Cort. ad Cic. Ep, ad Div. VIII. 8, 13 et quos laudat. Sueton. de cl. Rhet. 1. Brisson. de Form. Ernst. l. l. p. 156 HEINR.

D. E. R. etc.) Id est: de ea re quid fieri placeret, de ea re ita censuerunt. Ordinem formulae in seqq. Senatus consultis sibi non constare reperiemus; item non ubique plena formula usurpabatur, ad finem tamen fere habebat; *R. J. C.* — Syntaxis loci est: Quod Consules verba fecerunt de aquarum Curatoribus ordinandis, i. e. quod attinet ad id, quod Consules de aquarum Curatoribus ordinandis verba fecerunt de ea re quid fieri placeret, ita censuerunt.

cum eius rei causa) Totum hunc locum descripsit Sigonius de antiq. iure civium Rom II. 15. p. 105. Francof. 1593. ut ostenderet, servos publicos alios fuisse a lictoribus.

per quos frumentum plebei datur) Curatores frumenti. Savaro ad Sidon. Epist. p. 73. HEINR.

Praefecti) Lego: *Praefectis*. HEINR. Igitur quisque apparitor tantum accipiebat, quantum Praefectus frumento dando?

dare) sc. suis apparitoribus.

deferreque) i. q. *attribuere*, quod infra sequitur. *Def. ad aerarium* Sch. „beim Schatz anzeigen.“

sine fraude sua facere) *Facere* i. e. solvere; de quo ictorum usu v. Schardii Lex. Jur. in v. *facere* n. 1 et 7. *Sine fraude* i. e. sine

periculo, sine noxa. Forcellin. in v. *fraus*. Cf. Art. 129: *idque iis sine fraude sua facere liceat.*

ambo alterve, si iis videbitur) Formula solennis in SCtis, in monumentis exprimi solita per haec sigla: A. A. S. E. (eis) V. Garaton et Ursin. ad Cic. Phil. p. 70 et 166. HEINR.

101.

Itemque etc.) Id est: Itemque Senatui placuit, ut aquarum Curatores, quum, simul suscepta etiam viarum frumentique cura, quartam anni partem huic negotio impendere cogerentur, ut aquarum Curatores, inquam, ne ob negotiorum multitudinem ullum publicae administrationis, in aquarum potissimum cura positae, officium damno civitatis negligerent, iudiciis saltem privatis publicisque vacarent.

ministeria) pro ministris, quomodo *clientelae*, *servitia*, aliaque id genus permulta dicuntur. Sunt adiutores: Art. 2. 100. HEINR.

tamen esse-videntur desiisse) Non esse amplius hi servi videbantur, propterea quod Curatores ambitione aut negligentia eos in privata opera diducebant, omnis disciplina evanuerat, et publica ministeria posthabebantur. Lege Art. 117.

non agentium) i. e. non agendi. Lege mea ad Tacit. de Orat. c. 29. et ad Fronton. Quintil. 10, 3, 18 et 20, 12, 7: Paciscendi mos et *ponentium.*" 2, 15, 4: „a voluntate *infamantium.*" Plin. H. N. 21. p. 6: *praegustantium.* HEINR. Quod non intelligo, cum nihil videam, nisi hoc: desiisse esse videntur inertiâ ac segnitiâ curatorum, non agentium (i. e. qui non agebant) officium.

102.

Atteius Capito) *principem in civitate locum studiis civilibus assecutus*, Tacit. Ann. III. 75.

Tarius Rufus) Edd. omnes: *Satrius Rufus; Satrio.* nec aliter Jo. Maria Cataneus ad Plin. Ep. I. 5. Pighius aliique. Causas agit *Satrius Rufus* Domitiano Imperatore Plin. Ep. I. 5 et IX. 13; tempore vix conveniente, cum principes semper civitatis viri aquarum Curatores essent, nec adeo iuvenes. Clarior memoria *Satrii Secundi*, Sciani clientis, Tacit. Ann. IV. 34, et vitae tempus magis congruum: sed hic quo-

que, nedum Rufi cognomine caruerit, non inter principes civitatis viros videtur posse recenseri. Tres codd. consentiunt in: *Tarius Rufus; Tario* (C: *Taurio*). Fuit is Consul suffectus anni 737 (secundum Pigh. T. III. p. 519), qui infima natalium humilitate, militari industria Consulatum sub Divo Augusto meruit, teste Plin. H. N. XVIII. 6; quemque Seneca Clem. 15 scribit filium, in parricidio comprehensum, ex Augusti sententia exilio punivisse. cf. Pigh. l. c. Consularem autem virum, licet aetate provectum et paene senem, Pol. et Sch. (IX. 10) restituere Frontino non dubitaverunt.

Fabio Pers.) a. U. 785.

Cosso Cossi F.) Cornelium Cossum vocat Tacit. Ann. XIV. 20. alii Cossum Cornelium. Pertinent ad a. U. 811.

Verginio-Memmio) a. U. 814.

Silio et Gal.) a. U. 819.

Vespasiano etc.) a. U. 822.

Valerio Messalino Cos.) Panvinius Fast. a. U. 826 haec habet: „Liber Cuspiniani et Fasti Graeci et non suo loco Cassiodorus Consules in hunc annum comparant (Caesarem) Domitianum II. et Messallinum. Frontinus, omisso Domitiani nomine ex S. C. abolito, Valerium Messallinum tantum alterum Consulem nominat.“

Vespasiano V.) a. U. 825.

Nerva III.) a. U. 848.

103.

Circa ius) i. e. „In Betreff.“ Latinitatis argenteae aetatis, praesertim ictorum. Cf. Art. 77. 113 etc.

litteris Caesaris) Infra *epistola Principis*; alibi *rescripta, codicilli, diplomata.* HEINR.

diximus) Art. 64.

circumeundi) De dicendi genere cf. Art. 101 *circumire rivos.* Pro quo Art. 104 *inspicere.* Cf. Art. 117 *circitores.*

104.

aedif. Urbi coniuncta) Sch. VIII. 5.

Q. F. P. etc.) i. e. quid fieri placeret, de ea re ita censuerunt.

inirentque numerum) i. e. instituerent enumerationem („Aufzählung"). Liv. XXXVIII. 13: *numerus interfectorum haud facile iniri potuit.* Caes. B. G. VII. 76: *numerus inibatur.* ubi Herzog. affert Curt. III. 1, 22.

assiduissime) Laudat Forcellin.

105.

praestare maturitatem) h. e. efficere, ut beneficium Caesaris mature et cito perficiatur. FORCELLIN. in v. *matur.* Id est, efficere, ut is, cui concessum est, beneficio statim frui possit. HEINR. Sch. „Reife gewähren."

procuratorem) Procurator proprie est, qui curatoris vices agit, ut *propraetor, proquaestor.* Unde Frontinus Aquaed. 105 curatori aquarum procuratorem subiicit. FORCELLIN. in v. *procur.* Polenus explicat, quasi adiutur curatoris. Nos „Stellvertreter." Quod eius negotium fuerit, infra dicitur et Art. 112.

eiusdem) i. e. eiusdem, atque quo ipse fungitur.

scribere) i. e. ordinare, nominare, instituere. Sch. „bestellen." Nota significatio. cf. Herzog. ad Caes. B. G. III. 108. Eadem significatione, sed paulo insolenter, infra dicitur: *Procuratorem admovere,* intell. ad officium. In vulgus notum: *aliquem ad curam admovere.*

villicis) Ad villicos enim pertinebat collocare calices (v. Art. 112), quos signandos procuratores curaverant. POL. De *vilicorum* officio cf. Forcellin. et Brisson. in v. — Praeterea notanda est collocatio vocabuli *quoque.* Cf. Art. 108: *aliis etiam.* Heinr. transposuit: *quoque fieri.*

cogitet; dilig. etc.) Sch. legit: *cogitet, deligenter intendat-modum et positionis notitiam habeat.* Atqui calicis positio seu collocatio vilici erat, huiusque positionis mentio legitimum sententiarum nexum turbat: nam de ea re sermo est Art. 112; nostro autem loco procuratori praescribitur, ut calicem impetrati moduli signet, et, quum librator calicis capacitatem metiatur, modulos, de quibus supra relatum est, diligenter respiciat cognitosque habeat, ne quid libratoris in iusta calicis mensura probanda arbitrio committatur. Quum in V F legatur *intendat mensuris,* et hoc quoque latinum sit, in mentem venerat emendationis: *intendat mensuris-modorumque, quos posuimus, notitiam habeat.* Verum his libris quum minus sit auctoritatis, satius videbatur legere et interpungere, ut

fecimus. Heinr. legit: *mensurarum, quas posuimus, modum;* et seqq. *et earum notitiam habeat* uncis inclusit.

nec statim ab hoc) ἐκ τούτου, i. statim ut hoc factum est. Immo leg. *ob hoc.* Seneca Epist. 51 p. 144, 91. p. 370. HEINR. Rationem esse longe aliam, docuimus ad Art. 68.

verum eiusdem luminis) sc. subiiciatur fistula.

per pedes quinquaginta) Quid hoc significet, ex seq. S. C. intelligitur, ubi pro eo dicitur *intra pedes.* Cf. Art. 112 *per spatium* et *per breves angustias.*

106.

quibus locis intra extra Urbem etc.) Supra Art. 27: *Est autem fere — — — modum recipiunt.* Igitur impetratae illae quinariae communi fistula ducebantur in castellum; igitur aqua earundem quinariarum, antequam divideretur inter privatos, communis dici poterat. Quare arbitror sententiam hanc esse: *quibus locis intra* et *extra Urbem privati possent apte facere castella* privata, *ex quibus ducerent aquam, quam ex* publico *castello communem accepissent.* Propter haec autem haud existimo sequendum Graevium, qui in Praefat. ad. T. IV. Antiqq. Rom. *aqua ex castello communi* scripsit; cum tamen omnes codd. et ed. Joc., et ea, quam ipse sequitur, Keuchenii ed., habeant: *aquam ex cast. communem.* Sed profecto credendum est, festinanter scripsisse haec Graevium, praeterea imperito amanuensi, qui ex Frontino excerperet, usum fuisse, cum in eadem Praefat. iterum huiusce Senatus consulti verba referens Graevius, pro *castella privati* habeat *castella privata,* pro *ducerent* habeat *ducitent,* pro *accepissent* habent *concepissent.* Ceterum verba *intra extra* desumsimus ex utroque codice. Joc. et Brisson. habent *intra extraque.* POL.

laxiorem fistulam) i. e. ampliorem. Eadem locutio Art. 112. Congruit *laxare* Art. 36. 113, cui utroque loco opponitur *coartare.*

109.

intercidere) i. e. impedire, ne fluerent. POL. i. e. interpellare cursum earum. HEINR. *Aqua interciditur,* quae interrumpitur, intercluditur, non amplius usui hominum conceditur.

medio tempore) Ovid. IX. 134 ibique Bach.

ad quos res pertineret, dispertirent) Polenus sententiam putat restituendam esse similem huic: ii, ad quos res pertineret, consulere interim possent rebus suis. Non reputaverunt viri docti, quod restituere, non satis convenire verbis *ad quod res pertineret;* praesertim autem in re, cuius praecipuam civitas susceperat curam, Principem non id indulsisse credibile est, ut pro suo quisque arbitrio praedia irrigaret aut rei suae consuleret. Quamobrem de verbo *distribuerent* aut *dispensarent* cogitaram; quoniam autem *dispertirent* vel ipsis litteris simillimum est antecedentibus *res pertinerent*, et ob similitudinem verborum lacunam ortam esse probabile est, hoc rescripsi. Interpretare: intra quod spatium ii, ad quos ea res, i. e. ea cura, id munus aquae dispertiendae pertineret, eam dispertirent.

sociorum) *Socii* qui sint, doceris ex seqq., scilicet ii, qui communiter aquam impetraverunt.

constitutum) sc. lege, verbis legis.

perinde-ac) Leg. *ac si.* Sueton. Oct. 35. Tacit. Ann. XIV. 41: *preinde ac-condemnatus.* Al. *ac si.* Heindorf. ad Nat. Deor. p. 210. „perinde *quam,*“ Plin. Ep. 6, 8 fin. Spalding. ad Quintil. V. 13, 21. HEINR. Bene, si Frontinus scripsisset: *ac si iure cautum esset;* in hunc sensum: „die Beobachtung jedoch vertritt die Rechtsnorm.“ Mihi autem verba simplicius capienda esse videbantur, ut *ac* sit particula copulativa, sic: simile tamen est hoc, quod observatur, ac quod iure cautum est.

desisset etc.) Ego sic locum capio: cum quisque ex iis, quibus beneficium datum erat, desiisset illud beneficium possidere; i. e. cum nemo amplius in dati beneficii possessione esset.

continebit) Tempus futurum velut omnia tempora amplectitur; quale apud ipsum Frontinum iam habuimus. Ex alio castello impetrata aqua duci non debet, quam ex eo, ex quo eam duci oportere epistola Principis continet, i. e. praescribit, iubet.

continebit) Intell. eam duci, vel ducendam esse. Breviloquentia: Wyttenb. ad Eclogg. histor. et in Platon. Phaedon. p. 215. HEINR.

111.

habent) sc. caducam aquam, i. e. eius ducendae veniam.

Nam necesse etc.) Haec periodus antea mandatorum capiti (i. e. initio) adscribebatur, cum esse Frontini videatur.

112.

ad ordinationem aq. privati usus) i. q. ad ius ducendae aquae in privatis: Art. 103 init.

circumscribi) Forcellinus, hoc loco inter alios plures laudato, explicat „dolose interpretari vel eludere"; et iam Polenus „fallere," afferens Juvenal. X. 222.

ambitio) Id est culpa Procuratoris, officium suum non agentis, ut conciliaret sibi gratiam eorum, quorum utilitati prave studebat. Eadem significatio Art. 117: *ambitione aut negligentia praepositorum.* Eadem Liv. XLIII. 14: *multos-per ambitionem Imperatorum ab exercitu abesse.* POL. Die Parteilichkeit. Art. 105: *pro gratia personarum.* Plin. Epp. 5. 14, 6. *exprobrare ambitionem.* Id. 6, 2, 7. Plin. H. N. 31. p. 100. Sueton. Aug. 25 *sine ambitione.* ib. Casaub. HEINR. Huc refer Frontin. de Colon. ap. Goes. de Re Agrar. p. 128: *mensor nulla debet ambitione aut sordibus moveri, servare opinionem meritis et moribus. Quidam per imprudentiam, quidam per avaritiam peccant.*

accipientis) sc. aquam.

statim) i. e. non per quinquaginta pedes, ut in S. C. est Art. 106. De vocabulo v. ad Art. 68. — *amplioris moduli* sc. quam quinariae, contra S. C. Art. 106.

adhuc) i. e. ad hoc, praeterea, insuper. Art. 114: *Adhuc illa aquariorum intolerabilis fraus est.* ubi Sch. corrigit *ad hoc.* Significatio posterioribus scriptoribus satis frequens.

per spatium) i. e. per pedes 50, ut audivimus Art. 105 et 106 extr.

113.

ad lineam) Haec locutio in mensuris frequens bifariam accipi potest, ut significet „ad lineam rectam seu directam ad perpendiculum," et ut significet „ad lineam directam ad libram." Posteriorem significationem habes hoc loco, et Vitruv. VIII. 3: *ut longitudines ad regulam et li-*

neam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad norman respondentes exigantur.

alterius) sc. privati.

114.

Adhuc) v. ad Art. 112.

imponunt) Art. 129 dicit: *fit novum foramen.* Cf. Art. 36: *induere modulum rivo. Foramen castello imponere* exquisitum dicendi genus esse videtur, comparandum cum iis, quibus ipse Cicero utitur: *iniurias, plagas, vulnus imponere alicui;* et praeterea ita usurpatum, ut etiam fraudis notionem, quam hoc verbum saepe admittit, complectatur. Inesse etiam fraudis notionem, coarguunt sequentia verba, *hoc emendandum crediderim, sine causa foratum.*

tutelam) Hoc loco et Art. 119: *ad tutelam ductuum divertimus.* et Art. 96: *tutelam singularum aquarum.* ubique *tutela* significat idem ac „tuitio." Nimirum significat curam adhibitam sive ad defendenda a detrimentis, sive ad reparanda, si quae haberent detrimenta, castella et aquaeductus. POL. *villarum tutela*, Plin. H. N. 18. p. 231. HEINR.

115.

puncta) v. Forcellin. in v. et praecipue Sch. III. 19.

diversa) in diversas Urbis partes directa. HEINR.

negotiatoribus) Id est iis omnibus, qui aut pecunia aut alio modo corrumpentes fidem servi a punctis, aquam ab hoc dandum negotiabantur, nimirum aquam sibi dari studebant. POL. De *negotiatoribus* Casaub. ad Suet. Aug. 42. Briss. in v. HEINR. *Negotiatio* Imperatorum Rom. tempore omnino est „mercatura, Handel;" attamen ut *ius* pro loco ubi ius dicitur, *certamen* pro loco pugnandi, aliaque huiusmodi apud scriptores inveniantur, ita etiam *negotiatio* dici quidem posse pro taberna locove, quo mercatura exercetur, negari non potest. Statui etiam possit, Frontinum nomine abstracto (*negotiatio*), quod vocant, usum esse pro concreto (*negotiator*); qui usus in primis posterioribus scriptoribus frequens est

Quantum ex hoc emend. etc.) i. e. quantum aquae ex emendatione huius rei servatum sit. Retulerat Frontinus, multa emendationem exigen-

tia emendata esse: etiam ille reditus, quem vocant puncta, sublatus est; et quanta aquae copia hoc sublato reditu in usum publicum servata (i. e. recuperata) sit, ex plumbi pondere, ex destructis furtivis illis peculiaribus fistulis comparato, aestimatur.

aliquantum) hoc loco (ut Strateg. I. 1, 10) propriam vim sibi vindicat, significans „magnam, satis magnam, haud parvam copiam.“ v. Hotting. ad Cic. Divinat. II. 1. Herzog. ad Caes. B. G. V. 10. cf. Zumpt. Lat. Gram. §. 488.

redactum est) i. e. coactum, collectum est. v. Brisson. *redactum in publicum, in aerarium.* Sic *cogere in publicum* Varro de L. L. Brisson, v. *cogere* HEINR. confectum, comparatum.

116.

quae huius rei causa parata est) Formula ex legibus translata, in quibus frequens est. Cf. Ulpian. Dig. XXXII. 1, 46—49.

homines) servos, Leute. Ind. ad Cic. Orationum Partes ined. s. v. Sic ἄνθρωποι Graecis posteriorum aetatum. HEINR.

117.

tectores) Brisson. et Forcellin. in v. Intpp. Cic. Planc. 25. p. 166 sqq. Wund. Idem Epp. ad Q. fr. 3, 1. init. *Totum in eo est, — tectorium ut concinnum sit.* Infra Art. 122. Plin, H. N. 36. p. 380. sq. HEINR.

esse — ad ea) Notandum dicendi genus *esse ad ea* pro esse seu adesse ad ea facienda.

Omnes in Urbe circa castellorum et munerum stationes) Obscuram hanc periodum vocat Pol. eamque ita interpretatur: „Omnes opifices, qui erunt in Urbe, urgebunt quaeque (i. e. singula) opera circa stationes castellorum et munerum; in primis vero urgebunt opera, quae fient ad subitos casus etc.“ Sch. deleto *circa* vertit: „Sämmtliche Wachposten der Schlösser und Künste in der Stadt müssen alle Arbeiten beschleunigen, vorzüglich bei plötzlichen Vorfällen, damit“ etc. Utrumque veritati absonum. Scilicet *statio* significat locum, cuique servo opifici destinatum, in quem operam suam convertere obstrictus est. Art. 119 *suae stationis architectus* est architectus eius loci certi et consti-

tuti, cui operam suam debet. Hinc liquet, quid de nostro loco sit statuendum. *Omnes in Urbe circa stationes*, i. e. omnes servi opifices qui sunt intra Urbem et qui sunt circa suas stationes (seu in suis stationibus), i. e. et quibus sua cuique statio est. Genitivus *stationes castellorum et munerum* paulo quidem insolens est, sed nec inusitatus nec latinitati repugnans, et a brevitatis studio profectus, quem commode expedies „stationes circa castella et munera.“ Exposita vocabuli *statio* significatio, in aquarum saltem cura, adhuc in lexicis desideratur.

opera quaeque urgebunt) i. e. toti esse in omnibus suis officiis esse debebunt. Tempus fut. *urgebunt* legis ritu pronuntiatum est: more Frontini.

od subitos casus) cf. Sch. VI. 37.

necess. incubuerit) Grave dicendi genus non praetermisit Forcellinus in v. *incumb.*

converti) Ern. ad Sueton. Ner. c. 31. HEINR.

ambitione) de qua v. ad Art. 112.

dictaremus) schriftlich geben. Sueton. Tib. 18: *per libellos dare.* Gesner. ad Quintil. X. 3, 18 (ap. Spalding.). Oder mündlich, ut *sportulas dictare*, Quintil. XI. 3, 131. HEINR.

118.

Commoda) Dicebantur in re militari *commoda* vel praemia, vel munera, vel agri denique, qui dabantur militibus (v. Turneb. Advers. V. 5), praesertim emeritis (v. Forcellin. in v.). Significabant etiam salaria, quae e. g. primo pilo praestabantur (v. Schardii Lex. Jur. in v.) Sed etiam ad sacerdotes (Sueton. Aug. 31), tribunos (Cic. Fam. VII. 8) aliosque ordines pertinebant commoda, i. e. vel reditus, vel beneficia, vel privilegia. Apud Frontinum denique annua merces intelligenda esse videtur (Forcellino interprete), quae servis opificibus vel ex aerario vel ex fisco pendebatur. Distinguuntur enim hoc Art. aerarium et fiscus: aerarium sub Imperatoribus erat populi Romani et rei publicae, ex quo familia publica mercedem suam accipiebat; fiscum autem Principis erat, ex quo Caesaris familiae merces dacatur.

exoneratur) levatur, compensatur. HEINR.

pertinentium) Sch. adiicit *praediorum*, vertitque: ein Aufwand,

welcher von den Pachtgeldern der zum Wasserrecht gehörigen Grundstücke aufgewogen wird.

alienatum ac vagum) De sensu, quem controversa vox continere debeat, dubitare non poterit, quisquis rerum nexum consideraverit. In primis attende particulam adversativam *vero*, ut quae gravissimi sit momenti. *Proximis vero temporibus*, ait Frontinus, *reditus ille in Domitiani loculos conversus est; iustitia Divi Nervae populo eum restituit.* Igitur reditus ille, qui ad populum aerariumque pertinebat, dolo malo huic ereptus et per eos, in quorum tutela erat, fraude alio conversus est, quo non debebat, aliorum hominum avarorum opes auxit, quorum non debebat. Postea vero Domitianus in suos loculos convertit; vel Curatores ambitiosi, nimirum ad Principis gratiam captandam, in Domitiani loculos transtulerunt. Huic iniustitiae et defraudationi Nerva finem posuit, reditumque aerario restituit. Pergit Frontinus: *nostra sedulitas ad certam regulam redegit.* Igitur reditus antea certis regulis adstrictus non erat, erat incertus, inconstans, negligentiae, temeritati et arbitrio tutorum obnoxius, quibus ne constabat quidem, quae essent loca ad vectigal pertinentia. — Quod quum duo sint, quae Frontinus distineat, quorum posterius manifesto ad reditum *vagum* spectet; loco controversae vocis scriptam ab auctoris manu fuisse vocem apparet, quae priori sententiae adumbratae respondet. Sch. vulgatam vertit „springend und unbeständig"; quae versio interpretationis indiget. Ego quoque retinerem *salientem*, ea notione, ut iocose dicatur pro: modo ab hoc modo ab illo occupatum ac vindicatum, modo ad hunc modo ad illum translatum, modo in huius modo in illius sacculum transilientem. Sed dum vindicare verbum *salire*, nude et absolute sic positum, idoneorum exemplorum auctoritate fulcire non valeo, in textum illud recipere non ausim. Quamobrem Poleni emendationem secutus sum, ad sensum aptissimam, a mss. vestigiis paene nihil discrepantem.

alienatum) Intell. a populo, ex seqq. HEINR.

in loculos conversum) Gronov. Obs. p. 570 confiscatum, Sueton. Octav. c. ult. HEINR. De *loculis* cf. Sch. VII. 14.

nostra sedulitas) Iisdem utitur verbis Strateg. Praef., ubi Oudendorp. nostrum locum laudat; iisdem de Agr. Qual. p. 28 ap. Goes.

castella et lacus) *Munera* hic non posita, ubi de *fisco* sermo est. HEINR.

119.

opera-nascuntur) Quia, cum nascuntur vitia in aquae ductibus, operum est necessitas. POL. Sch. vertit „Bauarbeiten", Heinr. Art. 120 „Baureparaturen". Eadem formula Art. 120. 122. Compara Art. 126: *vitia oriuntur.* Art. 125: *partes ductuum laborant.* Hinc intellige: opera nascuntur, scil. ex reparandis vitiis.

prudenti temperamento) i. e. cauta assensus sustentatione, explicante Poleno. *Temperamentum* est moderatio: inter quae substantiva eadem affinitas intercedit, atque est inter *temperare* et *moderare.* Livius (XXVIII. 44) utrumque, *moderatio et temperamentum*, coniungit. Keuchenius comparat Plin. H. N. XII. 25, 54: *artifex temperamentum.* Cf. Forcellin. in v. Prudenti moderatione erga eos homines, qui opus facere quaerunt, utendum est, ne eorum stommachum moveas, neu postea ab iis opus male perficiatur.

sustinenda) i. e. differenda, ipso interpretante Frontino in seqq.: *ut aestimet quae repraesentanda* (i. e. in praesentia perficienda) *quae differenda sint.*

opus - quaerentibus) i. e. occasiones et causas quaerentibus operi aut faciendo aut amplificando. HEINR.

suae-stationis) i. e. officii, seu muneris. Gesner. Thes. ex Panegyr. Plinii. „die dazu Angestellten." HEINR. v. ad Art. 117.

repraesentanda) i. statim faciendi. Forcellin. in v. Cic. ad Famil. V, 16: *medicinam repraesentare*, i. e. in praesentia facere. Ern. Clav. in v. Quintil. X. 7, 2: *iudicia repraesentata;* quod non intellexit Spalding. Sueton. Octav. 101: *summam repraesentare,* i. e. statim solvere. Ernst. in Ind. Lat. M. Tullius Epist. ad Divers. 16, 14. extr.: *quem etiam repraesentabo.* Vitiosum. Lege: *quae* promissa. Non recte Manut., neque idem ad eiusdem libri ep. 24. Senec. Epist. 95 pr. Cic. Phil. II. 46. Hinc explicandus Caelius ap. Cic. ad Famil. VIII. 2. init. ubi cf. Welsk. HEINR.

per domesticos artifices) Attende oppositionem. *Redemptores* sunt rei publicae, *artifices domestici* privatorum: hi ad familiam, ad servos opifices pertinebant, quorum suum quisque artificium callebant. Nominantur etiam ap. Nep. Attic. 13. *artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat*: qui tamen ab nostris videntur esse diversi, scil. ad luxuriam

potius pertinentes; cum nostri rebus gravioribus sint destinati. Sch. vertit „eigene Handwerker.“

120.

impotentia) i. e. fraudibus; significatur enim, possessores fuisse impotentes cohibendae cupiditatis, qua ferebantur ad usurpationem rerum pertinentium ad publicum. POL. „Mangel an Selbstbeherrschung.“ Eadem significatio Art. 126, ubi de ipsa re pluribus disseritur. Sch. „Unenthaltsamkeit.“

impotentia) i. e. insolentia. Cic. ad Famil. X. 1. de Antonio; ubi male Ern. p. 272. not. 2. Gronov. ad Senec. p. 79. Sueton Caes. 77 pr. HEINR.

121.

explicanda sunt) i. e. expedienda, ad exitum perducenda, peragenda, perficienda. Passim de hac significatione monuere veterum scriptorum interpretes. In primis apud iurisconsultos frequens esse videtur. cf. Brisson. in Schardii Lex. Jur. Ipse Frontinus Strateg. II. 3, 14: *ubi explicitum est;* quod interpretantur „peractum“: sed locus incertus est.

iniuriae) der Beschädigung. Senec. Nat. Qu. p. 739. HEINR.

Vitia autem etc.) Recte totum locum explicuit Pol. Vitia sunt eiusmodi, ut iis subveniatur aut non interpellato aquae per alveum rivorum cursu, aut emendari non possint nisi cursu aquae ab alveo vitiato averso; cuius posterioris generis ea vitia sunt, quae in ipso alveo temporis diuturnitate nasci debent.

122.

et maxima) i. et quidem. HEINR.

Pilae) De pilis et tofo v. Pol. Laudat locum Forcellin. v. *tofus.*

cessent) i. e. deficiant. Ex iurisconsultis exempla habet Forcellinus in v. Cf. Schardii Lex. Jur.

123.

structura) Affert locum Forcellin.

fidelem) Adlerus: „*Fidelis* significat summa fide, nulla admissa

fraude, ita ut praescripto modo et optima adhibata materia efformetur.“ *Fidelis* est, cuius integritati et abstinentiae et religioni fidere possumus.

temperamento coeli) i. q. temperato coelo, temperato anni tempore, eo scilicet, quo neque frigus premit neque solis aestus. Justin. II. 1: *Contra Scythae coeli temperamentum nullum esse vetustatis argumentum putabant*, quod Forcellinus (in v. *temp.*) de quacunque aeris constitutione interpretatur: sed si praecedentia respicit, intelliges „hoc coeli temperamentum“, et explicebis: hoc temperatum coelum, hanc coeli temperiem, In eundem sensum Plinius Ep. V. 6: *temperies coeli*, de temperata coeli constitutione; et Nonius II. 848: *temperatura coeli.*

praecipit materiam) i. e. praemature occupat et consumit. *Materia* amplectitur omnia, e quibus structura constat; et Schultzii (VII. 16.) emendatio *maceriam* nec necessaria est, et posthabenda.

nec ullum) pro: sed nullum; de qua particulae *nec* vi adversativa cf. ad Art. 9.

obstaturum) Laudat Forcellin. in v. *obsto.*

Fides-eius) *Eius*, sc. operis, i. e. in opere faciendo.

124.

proximos) Intell. Urbi proximos, inde a VII. milliario fluentes. Remotissima Claudia, a lapide XL. ducta, secundum Plinium. Cf. Inscript. ap. Casaub. ad Sueton. Claud. c. 20. HEINR.

inchoatum) significat opus aliquod ex fundo seu ex iacto fundamento exstructum, fundamentum, quod in altitudinem exstruitur, simpliciter fundamentum, eine Grundlage. *Ab inchoato aliquid exstruere*, Columell. ap. Forcellin.

Futurae impensae paeparatio) Hae verba lucem suam accipiunt ex initio sequentis Senatus consulti. Pol. explicat: *impensae* i. e. materiae impensis acquirendae. Sch. reddit: Die Beischaffung der künftigen Baubedürfnisse. Forcellinus (in v. *impensa*) dicit: Impensam Frontinus Aquaed. 124 vocat materiem reficiendis aquaeductibus aptam, terram, lapides, ligna, etc. Omnia recte. *Impensa* enim est quidquid impenditur ad aliquam rem efficiendam, imprimis pecunia, qua omnia possunt comparari.

125.

reficerentur, ex agris etc.) V F: *reficerentur. Ex agris* etc. Antiquissimis iam temporibus fuere, qui in hac periodo haererent. Unde factum, ut non solum in C U inter verba *reficerentur* et *ex agris*, sed etiam in sequentibus in C inter verba *arbitratu* et *aestimata* lacuna restiterit, itemque in U V F verba *tollerentur, sumerentur, exportarentur* plane sint omissa. Atque optimo iure haeserunt. Nam quae ista syntaxis est: *ubi-terram, limum, lapidem, testam, arenam, ligna ceteraque-aestimata darentur, tollerentur, sumerentur, exportarentur?* Sic enim, me quidem iudice, procedere debet oratio. Atqui ubinam est subiectum? Vehementer miror, quod neque Pol. neque alius quispiam editor et interpres dubitationem moverunt. Sch. recte locum in vernaculam linguam transtulit, et ita transtulit, quasi *terram, limum*, et q. s. nominandi casu ponerentur. Mihi certe constat, vel lacunam esse nescio quo loco accipiendam, vel potius emendandum esse: *terra, limus, lapis, testa,* (sic C U), *arena* etc. atque ita edendum curavi, necessitate coactus.

testa) *Testa* hoc loco significat fragmenta fictilium vasorum, etiam (ut verisimillimum est) tegularum, imbricum, tubulorum aliorumque id genus, ex quibus fragmentis tusis et cum calce commixtis signinum opus fiebat, ad continendam aquam (cf. Art. 10 not. 9) perutile, atque adeo aquaeductibus utilissimum. Credibile etiam est, in ipsa structura usum aliquem alium fuisse eiusmodi fragmentorum. Porro testae maximam copiam exstitisse, vel ex eo liquet, quod Romae ex fragmentis figlinis tantus acervus factus sit, ut inde *Collis Testaceus* nomen invenerit. Et ab ipsis usque exordiis Urbis tanta habita fuit ars figulorum, ut Plinio (XXXV. 12) teste *Numa rex collegium figulorum instituerit.* POL. Cf. Bunsen Beschreib. der St. Rom Bd. I. p. 62. Anmerk. Apud scriptores rei agrariae occurrit *testa* vel *testa tusa* sub terminis, p. 5. 265. 306. ap. Goes.

viri boni arbitratu) Ita in Lege *si fundum*, XXXV. ff. tit. *mandati vel contra* legitur: *et tuam partem viri boni arbitratu aestimata pretio, dari mihi oportet.* Multa porro de aestimationibus, quae *arbitratu viri boni* fiere dicuntur, vide, si vis, in Brisson. lib. de Signif. Verb. POL. Cf. Schardii Lex. Jur. v. *arbit.* De *viro bono* Sch. VIII. 8. De quo viro bono Frontinus de Colon. ap. Goes. p. 128. haec legimus: *In iu-*

dicando autem mensorem bonum virum et iustum agere, neque ulla ambitione aut sordibus moveri, servare opinionem meritis et moribus.

itinera, actus) Etiam Cicero Caecin. 26 *iter, actus* iuxta ponit. Sch. bene reddit: „Fuss- und Fahrwege.“ Differentiam nominum iurisconsulti constituerunt. Pomponius Dig. VIII. 1, 13: *Si tam angusti loci demonstratione facta via concessa fuerit, ut neque vehiculum, neque iumentum ea ire possit, iter magis quam via aut actus acquisitus videbitur. Sed si iumentum per eam duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquisitus.* Modestinus Dig. VIII. 3, 12: *Inter actum et iter nonnulla est differentia: iter est enim, qua quis pedes vel eques commeare potest; actus vero, ubi et armenta traiicere et vehiculum ducere liceat.* Plura desideranti abundans meditandi et disputandi copia patet in novissima editione Forcellin. in vv. *iter, actus, via,* et in virorum doctorum, qui ibi laudantur, observationibus.

126.

vicinales vias agrestesque) Brisson. v. *via,* n. 4. Senec. Benef. p. 516. HEINR. De *viis vincinalibus* v. Ulpian. Dig. XLIII. 7, 3. et XLIII. 8, 2. Saepe commemorantur in scriptoribus rei agrariae. v. Goes. Ind. ubi etiam Frontini locus affertur. Ex Ulipiano postquam significationem exposuit Brissonius (in Schardii Lex. Jurid. v. *via*), adiicit: „ita vias vicinales accipe apud Frontin. de Aquaed.“ Ego aliter sentio. Nam viae vicinales apud Ulpianum magis sunt publicae. Apud Frontinum autem privatae magis viae intelligendae esse videntur, quae a privatis possessoribus fiunt et reficiuntur, per plurium privatorum tantum agros patent privatorumque pedibus communiter calcantur et horum utilitati et commodo inserviunt. Etiam *viae agrestes* Frontini differre videntur *ab agraiis*, quae vocantur. *Agrariae sunt vel hæ quae sunt in agris, quibus imposita est servitus, ut ad agrum alterius ducant; vel hae quae ad agros ducunt, per quas omnibus permeare licet, in quas exitur de via consulari*: Ulpian. l. c. *Agrestes* vero, quarum hoc quidem nomine a nullo alio veterum scriptorum mentionem factam invenio, videntur esse singulorum privatorum, tramites, in iure potestateque positi illius possessoris, qui tales per agros suos in rem suam paravit. Itaque potius facio cum Poleno, explicante: „vicinales viae per confinia

diversorum possessorum directae fuerunt, agrestes per agrum unius eiusdemque possessoris"; quam cum Schultzio, modo non satis perspicuo reddente: „Dorf- und Feldwege." Minime tamen nego, vicinales vias potuisse etiam ita a possessoribus institui, ut *ad vicos* ducerent; quam nativam formulae notionem fuisse asserit Ulpianus.

formas) Polenus et Forcellinus *formas* huius loci interpretantur „aquaeductus." De qua significatione plura leguntur ap. Brisson. in Schardii Lex. Jurid. Cf. Lips. de Magnit. Rom. III. 11. p. 181. Antverp. 1598.

127.

muros) i. e. substructiones rivorum. Pol. cf. Sch. VII. 18.

quinos denos pedes) Hoc in loco maximi momenti est consideratio posterioris constitutionis Constantini M., nimirum legis, *Aquarum possessores*, I. Cod. Theodos. tit. *de Aquaeductu;* quae lex est etiam I. Cod. eodem tit. Eius etenim legis haec verba sunt: *Aquarum possessores, per quorum fines formarum meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse immunes* etc. *Praeterea scire eos oportet, per quorum praedia ductus commeant, ut dextra laevaque de ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant.* POL.

intra continentia aedificia) Librorum lectio variam sortem tulit. Pol. praefixit *si*, intelligens; si continentia essent aedificia. Corrad. legit: *continentia aedificia-relinquant,* ceteris immutatis. Sch.: *in continentibus aedificiis.* Quum librorum lectio manca visa esset, aptissimam duxi medicinam, praeposito *intra* factam. Scilicet verba *intra continentia aedificia* inserta a Frontino sunt ad explicanda praecedentia *extra Urbem,* hoc modo: intra Urbem et extra Urbem, nempe intra continentia aedificia. Omittere etiam illa *et extra Urbem* Frontinus potuit, et scribere tantum: *intra Urbem et intra continentia aedificia.* Cf. Art. 104: *qui in Urbe essent intraque aedificia Urbi coniuncta.* Art. 129: *in urbe Roma et in iis aedificiis, quae urbi continentia sunt.* De quibus aedificiis v. Sch. VIII. 5.

exciderentur) Codicum lectionem retinent Corrad. et Sch., quorum ille affirmat, *excipere,* pro „extrahere et exstirpare" occurrere apud bonos scriptores, Celsum et alios. Afferuntur certe a Forcellino duo loci,

quibus *excipere* explicatur „extrahere“: possunt plures afferi, sed huc nihil pertinent et longe alia in iis verbum *excipere* praedita indole est. Ne Celsi quidem (VII. 12) locus huc trahi potest: nam *dentem forcipe excipere* phrasis est, rei ad quam pertinet accommodatissima; sed *arbores excipere* inauditum, indolis consentaneae expers. Lectio *exstirparentur* correctionis speciem prae se fert, facta ab aliquo, cui *exciperentur* hic tolerari non posse videbatur. Denique formula *arbores excidere*, notissima est, a Frontino adhibita etiam Art. 129: *arbores, vites tollantur, excidantur.*

in singulas res) Intelligas: qui contra singulas legis partes modo explicatas peccaverit, is multa illa puniatur.

128.

vindicarentur) Bene Pol.: reip. dominio assumerentur. Cf. Art. 7. Utrumque exemplum pertinet ad significationem verbi a Forcellino allatam hanc: rei cuiuspiam ius ac dominium ad se trahere, *ἰδιοποιεῖσθαι.*

cum) interpretatur Heinr. „wenn“: me non intelligente. Vid. infra.

pro toto agro pecuniam intulerint) *Inferre* i. e. solvere. Brisson. in v. n. 3. HEINR. Sch. *„für das ganze Gut einzahlen.“* Proprie, ni fallor, est: das Geld (oder die Summe) für den ganzen Acker in Berechnung bringen, den ganzen Acker berechnen. *Pecuniam inferre*, frequens formula in re pecuniaria, integra est *pecuniam inferre in rationes* seu *rationibus.* Huiusmodi exempla ex iurisconsultis attulit Schardius in Lex. Jurid. in v. *inferre.*

determinata — loca) Locum determinare, Paullus ait, est locum definire et quasi terminis propriis distinguere. Cf. Schard. Lex. Jur. in v. *determ.* Sch. „nach Abmarkung der nöthigen Stücke.“.

contenti occupasse) Contentus sum consequi. Quintilian. X. 2, 7. XII. 11, 20. XI. 1, 53. II. 15, 24. II. 6, 1. III. 1 extr. I. 15, 17. „notare contentus sum.“ Atque sic semper loquitur is, qui est sine dubio omnium scriptorum suae aetatis princeps habendus; quem si imitari et ut satis certum recte loquendi auctorem sequi non liceat, aut si haud inepte ea fastidiantur, quae talis auctor summa cum cura ac diligentia scripta reliquit; ecquid dicamus tunc fore hanc omnem artem Latine scribendi? Seneca Epist. p. m. 406. 351. Sueton. Caes. c. 49. Octav.

c. 40. Tacit. de Orat. p. 67 et ibi mea. Fronto p. 86. ed. Berol. Ovid. Met. I. 461 *contentus irritare.* Ruhnk. ad Vellei. p. 405. Juvenal. XIII. 133 *contentus duducere.* HEINR.

per — latera — abutuntur) In loco depravato num quid ad ipsa Frontini verba eruenda profecerim, dubito, ad sententiam autem restituendam me aliquid certe contulisse scio. Maxima difficultas in primis verbis versatur. Id autem certum constitutumque haberi posse videtur, Polenum ex C recte cruisse *latera*, in quo sc. *latā*, pro *lat²a* i. e. latera. In Corrad. emendatione illud *ausi cursus* a latinitate abhorret. Melior est emendatio Sch. vertentis: „nachdem sie durch die geöffneten Seitenwände Einläufe (intelligo: in agros) gestattet. De *solutis lateribus* refertur etiam Art. 126, licet ibi solvantur non manibus allatis, sed arborum radicibus. *Pati* autem *incursus* hic non est latinum. Lectionem edd. ad rem nihil pertinere, dudum animadvertit Pol. Idem autem intelligit „vicina latera seu adversa; privatos attulisse manus ductibus hauriendo aquam ex rivis, vicinis rivorum lateribus perforatis“: et lacunam reliquit; suspicatur autem *per fistulas solutas.* Licet librorum vestigia desperata sint, de re tamen dubii esse non possumus, quam ex sequentibus (*Quid porro fieret, si non universa ista deligentissima lege prohiberentur*) in lege Art. 129 esse contentam exspectes. Nulla quidem in hac lege fit *laterum* mentio; sed possumus huc trahere verba: *Quicumque-fistulas, tubulos-foraverit, ruperit.* item: *rivum specum rupisset forassetve.* Cf. Cod. Theodos. XV. 1. 9: *interruptis formae lateribus atque perfossis.* Haec verba legis Frontinus mihi respexisse videtur, et scriptum reliquisse: *per fistularum solutarum latera;* vel: *per fistularum vulneratarum latera.* De *fistulis vulneratis* audivimus Art. 27 et 115. Audax emendatio est; sed eam audaciam mihi non posse tribui vituperio ex seqq. iudicabis, ubi pariter vocabula nonnulla per librariorum incuriam interisse animadvertemus. Quod ad seqq. corruptelas pertinet, praemonendum est, edd. lectionem *aquarii*, a. Sch. receptam, huic loco nequaquam convenire, nam privati potius hic spectantur, quam aquarii. Proinde una corruit Schultzii, ceteroquin acuta, emendatio *ad exp. nummos.* Dicendi genus bonum. Reditus causa passim convulneratas esse fistulas audivimus Art. 115; sed factum hoc per servos a punctis, et quidem intra Urbem sub silice: nostro autem loco de hominibus

privatis agitur, extra Urbem in agris aquam illicitam in usum suum convertere studentibus. Orta lectio *aquarii* est per librarium codicis Vat., pro *quam ii* scribentem *aquā ii*; unde, quod non mireris, in edd. transiit *aquarii*. Festinabimus ad reliqua. Genuina esse verba *ius aquarum impetratum habent*, ex ipsa formula constat. Tum Pol. verba *quam ii qui* demonstrare affirmat, in praecedentibus supplendum esse *tam ii qui*. Rectissime. Deinde in iis, quae restant, iam Corrad. et Sch. sentiebant, ad sententiam *plerique manus attulerunt* desiderari in sequentibus aliam sententiam participialiter introductam; atque totius loci nunc ea evasit indoles, ut recte eos sensisse iudicem. Porro *cursus* trium codd. auctoritate nititur; quod, si genuinum est, quum cursus aquarum intelligi debeant, sine addito *aquarum* parum commode ponitur. Denique inter duas phrases *cursus aquarum* et *ius aquarum* lacunam esse contendo; conniventem librarium, externa vocabulorum similitudine, ut fit, deceptum, a *cursus* transiliisse ad *ius aquarum* mediaque omisisse, cuius rei vestigium in monstro *us* codicis C remanserit; Frontinum autem memoriae podidisse sententiam, qualis est haec: *per-latera passim cursus aquarum in usum suum avertentes, tam ii, qui ius aquarum impetr.* etc. Superest, ut de postremis loci verbis paucis absolvam. Inquirebam, num quid fortasse in codd. lectione *quantulumcumque beneficii occasionis* lateret, a vulgata diversum: sed corruptione tantum laborare mihi videbantur. Post *expugnandos* autem inserui *eos*, sc. ductus: atque *expugnare ductus* exquisita locutio est, significans fere idem, quod supra *manus afferre ductibus*, nempe „ductibus potiri iisque pro lubitu manus afferre.“

expugnandos) sc. ductus, i. e. corrumpendos. Quintil. XII. 1, 33. Plin. H. N. 36. p. 362. Liv. IX. 26: *expugnare quaestiones*, pro irritas facere, evertere. HEINR.

contumacibus) Iidem Art. 130 *contemptores*.

intentaretur) Cf. Art. 130: *poenam intendere*.

129.

T. Quintius Crispinus) qui cum Nerone Claudio Druso consulatum gessit. Onuphr. Panvin. ad a. U. 745.

populum-scivit) Legitima verba sunt, quae initio cuiusque legis

perscribendae praeponebantur. v. Cic. Phil. I. 10. Gronov. Obss. IV. 1. Sigon. de Judic. II. 27. ubi legis Serviliae exstat fragmentum. Laudat locum nostrum Forcellin in v. *rogare*.

in foro pro rostris etc.) Locum esse mendosissimum, in quo monstra verborum vulgo ferantur, queruntur viri docti. Aegrotus certe locus est, sed qui ex antiquis codd. facili negotio possit sanari. Verba *in foro pro rostris* (Gronov. *rostreis*) nemo impugnat. Sed sequentia suo quisque ingenio ex legum more constituit; quorum Pithoeus: *ante diem prid. id. Jul.* Brissonius: *A. D. P.* (i. e. *ante diem pridie*) *R. R. J.* Scaliger ad Festum p. 141: *a. d. IIIIII. Eidus Julias.* Gronovius Obss. IV. 1: *a. d. pr. K. J.* ambigue interpretatus: *ante diem pridie* sive *Kalendas* sive *Junias.* Pol. edidit: *aedis Divi Julii A. D. P..... Julias;* suspicatus tamen est: *A. D. P. K.* (i. e. *Kalendas*) *Julias,* et sic legi volunt Corrad. et Sch. Heinrichius verba omnia *aedis–Julias* uncis inclusit. Primum integritatis verborum *in foro pro rostris aedis Divi Julii*, quae omnium librorum auctoritate gaudent, diligens et religiosus exstitit patronus Pol., provocans ad Sueton. Aug. 100 *Augustus bifariam laudatus est, pro aede Divi Julii a Tiberio, et pro rostris veteribus a Druso*), et ad Dion. LVI. Scilicet distinguuntur rostra vetera et Julia sive nova, licet fuerint eiusdem fori. Olim enim rostra erant ad comitium, prope iuncta curiae Hostiliae; postea a J. Caesare translata sunt in alium locum eiusdem fori, ante aedem Divi Julii. v. Ascon. Ped. ad Cic. Milon. 5. et Dio XLIII. 49 ibique Fabricius. Cf. Sch. VII. 19. Igitur nostro loco Consul legem rogavit pro rostris novis, quae erant ante aedem Divi Julii. De *pro rostris* consulas Gronov. l. c. Tum lectionis *P. R. Julias* scabies vertitur in sola littera *R* pro *K*, ut iam intellexit Pol., interpretatus: pridie Kalendas Julias. Nimirum quum *P.* semel ceperant pro *populus*, necessario *K* corruptum est in *R* i. e. *Romanus.* Plena formula est: ante diem pridie Kal. Julias.

Tribus Sergia pr. fuit) Solennis in legibus formula. Lex Thoria ap. Sigon. de ant. iure Ital. II. p. 176. Francof. 1593: *Tribus . . . . . principium* fuit. Lex Servilia ap. Sigon. de Judic. II. 27. p. 422: *Tribus . . . . . principium fuit.* Liv. IX. 38: *Faucia curia fuit principium.* — Cum lex nostra rogabatur, ex more omnium tribuum nominibus in sortem coniectis, tribus Sergia prima de sitella sorte exierat,

prima suffragium ferebat eratque praerogativa. Res nota. Cf. Gronov. l. c.

Pro tribu Sex. L. F. Varro.) Ponendum: *Sex* . . . . Deest nomen. Post *Varro* addc *primus scivit.* v. Gronov. l. c. Qui primus scisceret, deligebatur ex tribu praerogativa ab eo qui legem ferebat. Cf. intpp. Cic. Plancianae c. 14. HEINR. Sic ponit Heinr., auctore Gronovio. Plena formula est: *Pro tribu Sex. L. F. Varro primus scivit.* Cf. leges Thoria et Servilia supra laudatae. Sed verba illa in nullo codice inveniuntur; et abesse possunt. *Sex. L. F. Varro*, i. e. Sextus Varro, Lucii Varronis filius. — Ex tribu praerogativa, quem et dignitate praestare et rogationi suae praeter ceteros favere iudicabat, cum magistratus legem ferens deligebat, ut primus pro tribu sua suffragium ferret. v. Manut. de Legg.

sciens dolo malo) Idem aliquoties in lege ap. Goes. de re agr. p. 340.

ruperit) Quintil. II. 4, 8: *laminam-caelatura altior rumpat.* HEINR.

dominis possessoribusve) Attende discrimen. *Domini* hic sunt, quibus horti, praedia, loca sunt propria, wirkliche Grundeigenthümer. *Possessores* sunt emphyteutae seu emphyteuticarii domini, qui loca illa vectigalia possident, zeitige Besitzer, Erbpächter. v. Spiegel. Lex. Jur. in v. Attamen promiscue etiam utrumque nomen usurpatur, cum possessores etiam domini habeantur et simpliciter sic appellentur. v. Schard. Lex. Jur. in v. Sic hoc eodem Art. infra in verbis *si quid eorum servus fecerit, dominus HS centum millia populo det,* nomine *dominus* continetur et dominus quem diximus et possessor. Atque qui Art. 107 *dominus* vocatur (*neque ullum novum dominum praediorum*), idem eodem Art. infra (*omnis aquae cum possessore instauratur beneficium*) et Art. 114 (*translata in novum possessorem aqua*) *possessor dicitur.*

lacus immittatur) Schneid. ad Vitruv. 8. p. 130. HEINR.

damnas esto) Laudat locum cum aliis multis Forcellin. in v. *damnas*, ubi vitiose nostra lex vocatur. *S. C.* Cf. Goes. p. 339 sq.

coerceto) Cic. Leg. III. 3: *multa, vinculis verberibusque coerceto.* De *coercere, pignora capere* etc. Heinr. conferri iubet Brisson. in *coercere* et *pignus* n. 6. — Praeterea notandum est, dici *cogito, coerceto,* quamvis praecesserit *ut.* Nimirum auctor legis, ob interiectas sententias

praecedentis particulae quasi immemor, consuetudinem scribendi in legibus propriam retinet, pergens cum imperativis. Alterum exemplum mihi est incognitum. Attamen referri huc posse videtur locus Livii V. 15, quo praecedente *ut* pergitur infinitivo: *Sic libris fatalibus traditum esse, ut, quando aqua Albana abundasset, tum, si eam Romanus emisisset, victoriam de Veientibus dari.* nisi *ut* coniungendum cum *quando.* v. Duker. Heinrichius autem post *ita ut* lacunam esse statuit.

terminatus steterit) Terminatus idem ac terminus significat, ut ex variis auctoribus collegit W. Goesius in Ind. in Rei agrar. scriptt. ad verbum *terminatus.* Credibile tamen fit, proposita verba translate posita esse, ut pro termino „locus terminatus," seu „spatium terminis inclusum" intelligatur: nimirum spatium stantibus terminis definitum, quod vacuum esset publicumque; quemadmodum erant ea spatia, de quibus in postremo ex relatis a Frontino Senatus consultis fuerat constitutum, quaedam vacua patere quinos denos pedes, quaedam vero pedes quinos. Nisi enim ea verba ita interpretemur, quomodo sequentia verba explicare debeamus, plane non video. POL. Proprie actus terminandi, pro ipso termino. HEINR. Cf. Forcellin. in v. Sch. VII. 20. legit: *si qua-terminatio* (Vermarkung). De integritate vocis non est dubitandum, neque hoc loco neque infra sequenti, cuius significationem recte explanavit Pol.

ne quis etc.) Locus simillimus in lege ap. Goes. p. 339: *ne quis eos limites Decumanos obsepito, neve quid in eis immolitum, neve quid ibi positum habeto, neve eos arato, neve eas fossas obturato, ne quis sepito,* etc.

in eo loco) i. e. in eo spatio stantibus terminis definito, quod vacuum publicumque esse debebat. POL.

molito) Praeter ceteros Frontini interpretes activae formae patrocinantur Duker. ad Liv. XXXIX. 44, 4. et Forcellin. in vv. *molio* et *obsepio.* Recte; lege modo, quae exponit Priscianus lib. VIII. p. 291. Basil. 1545: *Praeterea plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae contra consuetudinem vel activam pro passiva habent terminationem, ut — molio pro molior,* etc. Porro verbum compos. *demolire* in hac ipsa lege admittit Frontinus; atque verbo *moliri* significatione passiva utuntur Apuleius, Nonius (v. Forcellin. in v.). Explicat Forcellinus „struit, aedificat." Melius, opinor, Sch. „aufwerfen."

obsepito) *Obsepire* propria hic praedita est notione, „sepe opponere.“ Sch. „verzäunen.“ Laudat Forcellin. in v. — Verba *statuito, ponito, collocato* significationem habent generalem.

praeterquam etc.) Integra oratio est: praeterquam eorum faciendorum (et) reponendorum causa, quae hac lege fieri (et) reponi licebit (et) oportebit. Verbum *fieri* quaslibet amplectitur actiones, ad nostram rem pertinentes: *reponere* autem est „ordini suo et legitimo statui pristino restituere.“

siremps lex — esto) Vulgaris formula, litteris initialibus scribi solita. „*Siremps*, similis, eadem. Lips. Antiq. Lect. I. 1.“ annotat Heinr.

pascere herbam etc.) Brisson. vulgatam secutus est; Corrad. proponit: *sentes, vepres eruere, per Curatores*: qui quomodo singulas sententias coniunxerint et retulerint, non assequor. Polenus codd. lectionem expressit, omisso *sentes* et lacuna relicta. Hic vir doctus, qui, respiciens ad Art. 118, ubi de *reditu vectigalium ad ius aquarum pertinentium* sermo est, credibile esse putat, vectigalia pependisse eos, quibus circa ductus, pascere herbam et fenum secare permisissent Curatores aquarum, sententiam fuisse coniicit hanc: *quominus in eo loco pascere herbam, fenum secare possint nisi ii, quibus permiserint Curatores aquarum.* Sch. locum hunc in modum constituit: *Quominus quis in eo loco possit pascere herbam, fenum secare, sentes serere, arbores, vepres vel vites, curent Curatores aquarum, qui nunc sunt quique erunt, ut circa font.* etc. Sententia ei, quam Pol. reddidit, prorsus contraria. Fateor autem, mirum mihi videri, quod ne pascere herbam fenumque secare quidem fuerit non illicitum; quae res, nostra quoque aetate locis publicis alioquin vetitis concessa, ductibus nihil nocuerit, immo reditum civitati paraverit. Ego sic statuo. Pascere herbam et fenum secare, non est quod negemus hanc rem a civitate fuisse concessam, immo locatum fuisse terminatum puto eamque pecuniam rediisse in aerarium, e quo publicae familiae commoda dabantur; de quo reditu pluribus agitur Art. 118. Nihil autem iis, qui terminatum conduxerant, magis impedimento erat, quam sentes, arbores, etc.; quamobrem Curatoribus aquarum datum negotium est, ut illud impedimentum tolleretur. Frontinum vero nostro loco omnia, quae fenum secare impediebant, enumerasse verisimile non est, quoniam infra uberius erant exponenda; praecipua tantum

ponere sufficiebat, in his *sentes:* possis quidem ex edd. adiicere *vepres*; sed non est opus, quum lacuna sit non amplius duorum triumve vocabulorum. Hoc pacto post *sentes* nihil desideramus, nisi verbum a particula *quominus* dependens, et alterum vocabulum, quo illa *Curatores — erunt* in ordinem redigantur. En loci sententia certe probabiliter restituta: *Quominus in eo loco pascere herbam, fenum secare sentes* prohibeant, per *Curatores aquarum* etc. vel etiam: *sentes* prohibeant, curent *Curatores.* Coniungas: Quominus sentes prohibeant fenum secare, Curatores aquarum curent, ut circa fontes etc. arbores, vites etc., tollantur, excidantur etc.; vel ex altera ratione: per Curatores arbores etc. excidantur. *In eo loco*, i. e. in eo terminatu, de quo supra dictum est.

terminatus) Nota, *terminatus* hic poni casu gignendi. *Terminatus arbores* sunt arbores, quae sunt in terminatu seu intra terminatum.

ripae) In re agraria vocabulo *ripa* significabatur angustus agger exiguae altitudinis in longitudinem porrectus, qui erat instar termini agrumque ab agro separabat. De qua significatione nihil dubitationis amplius relinquitur, si legis verba Frontini de Colon. p. 115: *Quae* (ripae) *per multa millia pedum recturas separationesve agrorum ab initio suo usque ad occasum custodiunt. Et ne eas ripas sequendas perarent, quae intra corpus agri nascuntur et in suo latere decidunt, lex limitum eas praedamnavit.* Probatur haec significatio etiam auctoris de Limit. p. 267 a Pol. allati verbis *ripas decisas finales direximus*, et imprimis verbo *decidere*, quo hic alliisque locis declaratur ipsa ripae struendae ratio; cogita nempe, terram porrecta serie congestam utrinque decidi et desecari, ut agger existat ab utraque parte declivis. Juxta nominantur *viae, ripae, cavae*, quae sunt agrorum separandorum, apud Frontin. de Colon. p. 115 et 129, ubi *cavae* sunt termini excavati seu effossi, *ripae* autem ii, quos diximus. Ibid. p. 138 iuxta ponuntur *viae, cavae, itinera, coronae:* unde suspicor, *coronas* similes esse terminos atque ripas, utpote pariter supra terram exstantes, et sive terra sive lapidibus structas; unde fit, ut *riparum et coronarum natura* coniungatur apud eundem Frontin. p. 114 et 131. Accedit denique, quod etiam *fluminis ripa* alta est et elata et in longitudinem porrecta; a cuius similitudine significatio translata est in rem agrariam. — Sequentium verborum *(tollantur-excodicentur)* nullum ad *ripas* spectat, praeter *tollantur*, quod referri potest

ad impedimenta illa omnia. — Sch. VII. 21 vocabula *ripae maceriae* mutavit in *siccae materiae!*

utique recte factum esse volent) Frontinus, verbis *tollantur — excodicentur* alia singularia et ad impedimenta, quorum supra exposita series est, spectantia adstruere fastidiens, pergit: *utique* (i. e. et uti, et quomodo) *recte fieri volent*, scil. Curatores aquarum, quibus negotium datum erat, ut illa impedimenta removenda curarent. Ceterum cf. leg. Mamil. ap. Goes. p. 339: *utque recte factum esse velit.* Formula scribebatur litteris tantum initialibus.

pignoris capio) Sch. VIII. 10.

sine fraude sua) v. ad Art. 100. Cf. verba legis ap. Goes. p. 340: *sine sua fraude liceto facere.*

ne demolirentur) Passive hoc pronuntiari affirmat Pol. Quae opinio in dubium vocari potest. Nimirum verissima loci syntaxis est: *Curatores permiserunt dominis, ne eas demolirentur*; quam sententiam si per relativum introducimus (*quas Curat.*), minime nobis concedi potest, ut verbo vim passivam tribuamus, quae tribui tum demum debet, si legimus *quae Curat.* Ceterum nihil est, quod Frontinum deterrere potuerit, quominus supra uteretur activo *demolire* et hic deponenti *demoliri.*

rota-machina) Vid. Brisson. v. *rota.* Hirtius B. Alex. c. 6: *rotis et machinationibus.* Plinius H. N. 19. p. 334. HEINR. De *rota* vid. Vitruv. X. 9. de *machina* idem X. 12. ibique intpp. Sch. *machina* reddit „Hebewerk.“

130.

negl. longi temporis) i. e. negligentia longa. Compara Hygin. de Limit. Constit. p. 205. ap. Goes.: *vetustas longi temporis.* Lucan. I. 98: *temporis angusti concordia.*

revocari) Sch. „zurechtgewiesen werden.“ *Revocari* dicuntur in rectam viam, ad officium legitime explendum, qui antea decepti a recta via, ab officio rite faciendo, aberraverant.

impetrati beneficii) Art. 88: *Illi quoque, qui timidi illicitam aquam ducebant, securi nunc ex beneficiis fruuntur.*

cum officii fidem etiam per offensas etc.) Ultima haec per breviloquentiam dicta. Invitus velit exsequi legis poenas: si tamen necesse fuerit, suam se fidem praestaturum puniendo vel quos offensurus sit. *Cum*, ut saepe in tali structura, i. q. quamvis. *Per off.* ut germanum, quod sane est, agnoscit explicatque etiam Forcellin. in v. HEINR. Intell.: etiam offendentibus aquariis, qui integritate Curatoris et ipsi ad integritatem cogebantur, invidia Frontinum prosecuti et aegre ferentes, quod fraudem facere non amplius poterant. Eadem formula Art. 76.

FRONTINUS

über die

Wasserleitungen der Stadt Rom.

Des Sextus Julius Frontinus

SCHRIFT

über die

Wasserleitungen der Stadt Rom.

Da jedes vom Kaiser übertragene Geschäft angelegentlichere 1.
Sorgfalt fordert; und mich sey es angeborner Eifer sey es Berufstreue nicht nur zum Fleisse in dem anvertrauten Geschäfte, sondern auch zur Liebe an demselben anspornen; jetzt aber mir vom Nerva Augustus, einem soll ich sagen mit mehr Fleiss oder mit mehr Liebe am Gemeindewesen hängenden Kaiser, der Wasserdienst ist aufgetragen worden, welcher theils zum Nutzen, theils zur Gesundheit, ja auch zur Sicherheit der Stadt beiträgt, und immer durch die angesehensten Männer des Staates ist verwaltet worden: so erachte ich es für das Erste und Wichtigste, wie es jederzeit in Geschäften mein Grundsatz war, zu kennen was ich übernommen habe. Denn weder gibt es meines Bedünkens für 2.
ein jegliches Geschäft irgend eine zuverlässigere Grundlage; noch kann unter einer andern Bedingung, was zu thun und was zu lassen ist, entschieden werden; noch gibt es eine andere für einen leidlichen Mann so entehrende Sache, als ein übertragenes Amt nach Anweisung von Gehülfen zu verrichten: was nothwendig geschehen muss, so oft ins Amt Unkunde vorangegangen ist von Seiten eines solchen, zu dessen praktischer Erfahrung häufig Zu-

flucht genommen wird: deren Dienstleistungen, obwohl sie zur Amtsführung nothwendig sind, jedoch nur eine Art von Hand und Werkzeug des Geschäftsführers seyn sollten. Deshalb habe ich dasjenige, was ich als zur gesammten Angelegenheit gehörig aufbringen konnte, nachdem ich es nach der schon in vielen Aemtern von mir beobachteten Sitte in Ordnung und gleichsam in einen Körper zersetzt hatte, in diese Denkschrift zusammmengetragen, um auf sie an Statt eines Grundrisses der Verwaltung Bezug nehmen zu können. Allein in andern Schriften, die ich nach selbstthätiger Erfahrung und Kenntnissnahme abgefasst habe, war es auf den Nutzen meiner Nachfolger im Amte abgesehen: diese Denkschrift wird vielleicht auch auf einen Nachfolger nützlich wirken; aber da dieselbe unter den Anfängen meiner Verwaltung geschrieben ist, wird sie vorzugsweise zu meiner eigenen Unter-
3. weisung und Richtschnur dienlich seyn. Und damit es nicht vorkomme, als hätte ich etwas, was zur Kenntniss der ganzen Angelegenheit gehört, übergangen, will ich zuerst die Namen der Gewässer, die in die Stadt Rom hineinfliessen, hersetzen; dann durch welche Personen und unter welchen Consuln, in dem wievielten Jahre nach Erbauung der Stadt, ein jedes derselben hergeleitet worden ist; darauf von welchen Orten und von welchem Meilensteine ab ihre Leitung begonnen, wieweit in unterirdischem Gerinne, wieweit auf Untermauerung, wieweit auf Bogenwerk geführt; darnach die Höhe eines jeden, und das Verhältniss der Gemässe und welche Verwendungen davon abhängig gemacht sind; wieviel ausserhalb der Stadt, wieviel innerhalb der Stadt ein jegliches der Gewässer nach Verhältniss seines Maasses einem jeglichen Stadtviertel darbringt; wieviele öffentliche und private Wasserschlösser es gibt, und wieviel aus diesen an die Wasserhäuser, wieviel an die Wasserkünste, — denn so nennen sie die Gebildeteren, — wieviel an die Becken, wieviel auf Cäsars Rechnung, wieviel zum Privatgebrauche durch Bewilligung des Fürsten gegeben wird; was Rechtens sey in Betreff der Ableitung derselben und der Erhaltung der Wasserleitungen; welche Strafen, nach den Gesetzen, Senatsbeschlüssen und fürstlichen Verordnungen erkannt, dieses Recht heiligen.

Von der Gründung der Stadt 441 Jahre hindurch haben die 4.
Römer sich mit dem Gebrauche des Wassers begnügt, welches sie entweder aus der Tiber oder aus Brunnen oder aus Quellen schöpften. Die Quellen stehen bis auf den heutigen Tag im Rufe der Heiligkeit und sind ein Gegenstand der Verehrung: Genesung nämlich glaubt man brächten sie kranken Körpern, zum Beispiel [die der Camönen und des Apollo und der Juturna.] Jetzt aber fliessen in die Stadt: das Appische Wasser, der Alte Anio, die Marcia, Tepula, Julia, Virgo, Alsietina, welche auch Augusta genannt wird, die Claudia, der Neue Anio.

Unter dem Consulate des M. Valerius Maximus und P. Decius 5.
Mus, im 31ten Jahre nach dem Anfang des Samnitischen Krieges, wurde das Appische Wasser in die Stadt eingeleitet vom Censor Appius Claudius Crassus, welcher später den Beinamen Cäcus erhielt, welcher auch die Appische Strasse von dem Capenischen Thore bis zur Stadt Capua hat anlegen lassen. Zum Collegen hatte er den C. Plautius, welchem wegen Aufsuchung der Adern dieses Wassers der Beiname Venox (der Adersüchtige) gegeben worden ist. Weil dieser aber vor Ablauf der 18 Monate, getäuscht von seinem Collegen, dessen Amtsgenossenschaft seinen Namen entehre, die Censur niederlegte: ging der Name des Wassers bloss auf des Appius Ehre über: von diesem erzählt man, er habe durch viele Winkelzüge sein Censoramt hinausgedehnt, bis er sowohl die Strasse als auch die Leitung dieses Wassers vollendete. Gefasst wird die Appia im Lucullanischen Felde, an der Pränestinischen Strasse, zwischen dem 7ten und 8ten Meilensteine, 780 Schritte linkerhand. Ihre Leitung hat von der Fassung bis zu den Salinen an der Porta Trigemina eine Länge von 11,190; in unterirdischem Gerinne von 11,130; über der Erde auf Untermauerung und Bogenschlag zunächst dem Capenischen Thore von 60 Schritten. Mit ihr vereinigt sich an der Spes Vetus in der Nähe der Torquatianischen und Plautianischen Gärten ein Nebenzweig der Augusta, vom Augustus zu ihrer Vervollständigung zugewendet, unter Beilegung des entsprechenden Namens der Gemellen (Zwillingsgewässer). Dieser nimmt seinen Anfang an der

